J. C. VAN DER WULP

SPECIMEN LITERARIUM INAUGURALE

CONTINENS

OBSERVATIONES CRITICAS IN LOCOS NONNULLOS SCRIPTORUM UTRIUSQUE LINGUAE.

SPECIMEN LITERARIUM INAUGURALE

CONTINENS

OBSERVATIONES CRITICAS
IN LOCOS NONNULLOS SCRIPTORUM UTRIUSQUE LINGUAE.

SPECIMEN LITERARIUM INAUGURALE

CONTINENS

OBSERVATIONES CRITICAS
IN LOCOS NONNULLOS SCRIPTORUM UTRIUSQUE LINGUAE,

QUOD,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GERARDI CONRADI BERNARDI SURINGAR,

MED. CHIR. ET ART. OBST. DOCT. ET MED. PROF. ORD.

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM

DECRETO,

PRO GRADU DOCTORATUS,

SUMMISQUE IN PHILOSOPHIAE THEORETICAE ET LITERARUM HUMANIORUM DISCIPLINA

HONORIBUS AC PRIVILEGIIS,

IN ACADEMIA LUGDUNO-BATAVA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTET

JOHANNES CAROLUS VAN DER WULP,

HAGANUS.

AD DIEM XXVIII SEPTEMBRIS MDCCCXLIX, HORA II—III.



LUGDUNI-BATAVORUM,

APUD P. ENGELS,

BIBLIOPOLAM.

Ex Typographeo H. R. de Breuk.

OBSERVATIONES CRITICAE

IN LOCA NONNULLA SCRIPTORUM UTRIUSQUE LINGUAE.

I.

Permulta sunt sermonis vitia, olim a librariis orta, quae licet iampridem a criticis animadversa et hic illic sublata sint, vel sic tamen sexcentis adhuc in locis scriptorum sententias misere pessumdando praeclara antiquitatis monumenta contaminant. Fortasse haud omnino oleum et operam perdidisse censebor, si unius alteriusve ex hisce late pervagatis vitiis nonnulla exempla afferam.

1. Satis nota res est, post certa quaedam verba, praeter personae reive designationem, quae actionem patitur, ad sententiam absolvendam requiri aut alius verbi participium aut adiectivum cum participio verbi εἰμί. Huc pertinent ὁρῶ, περιορῶ, ἀκούω, οἶδα, δείκνυμι, ἐπιδείκνυμι, ἐλέγχω, ἐξελέγχω, multaque alia, quae loquendi usus diligenter observatus docebit. Quamquam vero hac de re ita constat, ut nullum dubium videatur relinqui, tamen vitiosa codicum scriptura, in eiusmodi ver-

borum compositione temere participium ὤν omittentium, ab editoribus saepissime servata est, sive quod fraus eos latuit, sive quod nimia antiquorum librorum reverentia nihil ausi sunt mutare. Cuius rei loca quae iam indicaturus sum, maximam partem ex Atticis oratoribus petita, perspicuo possunt esse documento.

Sic participium ὤν omissum est post verbum ὁρῶ Demosth. de falsa legat. § 223, p. 410 Reisk., 371 B.: μισῶ δὲ τούτους, ὅτι μοχθηροὺς καὶ θεοῖς ἐχθροὺς εἶδον ἐν τῇ πρεσβείᾳ. Abesse hinc non potest ὄντας. Eiusdem in Aristocrat. § 179, p. 680 R. 611 B.: ἐπεὶ δ' εἶδε τάχιστα τὸν Ἑλλήσποντον ἔρημον δυνάμεως. Scribendum ἔρημον ὄντα δυν. Eiusd. Olynth. III. § 8 p. 30 R. 29 B.: οὐδὲ τὸν φόβον ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι μικρὸν ὁρῶ [τῶν] μετὰ ταῦτα. Necessario requiritur ὄντα. Similiter pro Phorm. § 42 p. 957 R. 221 B.: ἐγὼ δ' ὡς μὲν οὐκ ἀληθῆ ταῦτ' ἐρεῖ ἐπέδειξα, οἴομαι μέντοι, κἂν εἰ πάντα ταῦτα ἀληθῆ λέγοι, κάλλιον εἶναι καὶ δικαιότερον τόνδε ἀπὸ τῶν αὑτοῦ λειτουργεῖν ὑμῖν. ἢ (add. ὑμᾶς) τούτῳ δόντας τὰ τούτου (leg. τουτουί), μικρὰ τῶν πάντων αὐτοὺς μετασχόντας, τόνδε μὲν ἐν ταῖς ἐσχάταις ἐνδείαις ὁρᾶν, τοῦτον δ' ὑβρίζοντα κτέ. ubi etiam pro ὁρᾶν compositum περιορᾶν reponendum esse suspicor. In Stephan. I. § 70 p. 1123 R. 359 B. εἶτα ὃν ὁρᾶτε ἐπὶ πάντων οὕτως ἄγριον καὶ μιαρόν, κτέ. Legend. ἄγριον ὄντα κ. μ. Recte additum est participium Demosth. in Aristocr. § 151, 207, coll. Olynth. III. § 26, et περὶ συντάξεως § 29, ubi eadem leguntur; in Steph. I. § 86; Isocrat. Nicocl. § 53, Panegyr. § 48, Philipp. § 14 et 116, Archid. § 43, 78 et 79, Areopag. § 64, de Pace § 34, 129, 131 et 139, Panath. § 28, 74 et 164, περὶ ἀντιδόσεως § 218; Thucyd. IV: 27, 126, V: 32, 80, VII: 4, 42, VIII: 11, 40, alibi.

Itidem post verb. περιορᾶν desideramus partic. ὤν De-

mosth. de fals. leg. § 230, p. 412 R. 373 B.: *μηδένα ἐν συμφορᾷ τῶν πολιτῶν δι' ἔνδειαν περιορᾶν*, ubi add. *ὄντα*; in Aristogit. II. § 24 p. 808 R. 103 B.: *τοὺς δὲ τοὺς ὄντας νόμους εἰς τὴν τῶν ουκ ὄντων νόμων τάξιν ἄγοντας, τούτους ἀτιμωρήτους περιορᾶν*, ubi *ὄντας* excidit; Isaei de Apollod. hered. § 32: *'Αλλὰ μὴν ὅτι ἄπαιδα ἐκεῖνον περιεωράκασι* (l. *περιεοράκασι*), ubi requiritur post *ἐκεῖνον* vocab. *ὄντα*. — Recte contra additum legitur e. c. in oratione in Euerg. et Mnesib. quae Demosthenis inserta est operibus, § 56; Isocrat. Philipp. § 132, Busir. § 42, *περὶ ἀντιδόσ*. § 6; Isaei de Cleon. hered. § 12.

Post verb. *οἶδα*: Dem. pro Cor. § 10 p. 228 R. 202 B.: *εἰ μὲν ἴστε με τοιοῦτον οἷον οὗτος* (leg. *οὑτοσί*) *ᾐτιᾶτο*, ubi ante *οἷον* reponend. *ὄντα*; in Stephan. I. § 84 p. 1126 R. 362 B.: *ἐγὼ γὰρ ὁμομήτριον μὲν ἀδελφὸν ἐμαυτοῦ Πασικλέα νομίζω, ὁμοπάτριον δ' οὐκ οἶδα* leg. *ὁμοπάτριον δ' ὄντα οὐκ οἶδα*. Recte editum Demosth. pro Cor. § 289, in Aristocrat. § 175, de fals. legat. § 52, in Androt. § 67; Isaei de Pyrrhi hered. § 18 et 36; Isocrat. Areopag. § 59 et 64, Helenae Encom. § 35, Panath. § 9 et 29, *περὶ ἀντιδόσ*. § 203 squ. 227, Epist. 2, § 2; Thucyd. IV: 73, 127, VI: 16.

Post *δείκνυμι*: Demosth. in Steph. I. § 34 p. 350 B. 1112 R.: *ἀλλ' οὐ ἀνέγνων εἵνεκα, τοῦ την διαθήκην ψευδῆ δεῖξαι*. Add. *οὖσαν*. Cf. in Eubul. § 3 p. 505 B. 1300 R. mox ibid. § 17; Thucyd. IV: 73.

Post *ἐπιδείκνυμι*: Demosth. in Aristocrat. § 144, p. 599 B. p. 667 R.: *οὐ μόνον γὰρ ὑμῖν ἐπιδείξω τῆς φυλακῆς οὐκ ἄξιον ἣν γέγραφεν οὗτος* (l. *οὑτοσί*), ubi post *ἄξιον* add. *ὄντα*; in Boeot. § 26 p. 259 B. 1002 R.: *ἐπ' αὐτοφώρῳ συκοφάντην ἐπιδείκνυμι τοῦτον ταῖς δίκαις ταύταις*, ubi reponend. *ὄντα* quod ante *ταῖς* excidit; in Stephan. I. § 76 p. 360 B. 1024 R.: *ὡς δῆτα πονηρὸν καὶ ἄσωτον ἐκ*

τούτων ἐπιδείξων, similiter add. ὄντα, sicuti ὄντας in eiusdem orat. de corona trierarchiae § 3 p. 446 B. 1229 R. αὐτοὺς ἀξίους ἐπιδεικνύναι τούτου. Recte vero exhibetur partic. orat. in Phaenipp. § 17 p. 294 B. 1044 R. in Macartat. § 17 p. 304 B. 1055 R. in Steph. I. § 9, in Callicl. § 6, Isocrat. Nicocl. § 25, Panegyr. § 18, Helen. Encom. § 22, Busir. § 36; alibi.

Post ἐλέγχω et ἐξελέγχω: Demosth. in Steph. I. § 36 p. 350 B. 1112 R.: ἀλλ' ὅμως ἃ τοῖς εἰκόσι, τοῖς χρόνοις, τοῖς πεπραγμένοις ἐξελέγχεται ψευδῆ, ταῦτα κτέ. ubi ante ταῦτα reponatur ὄντα. Recte ea vocula addita legitur orat. in Euerg. et Mnesibul. § 9, et Demosth. de fals. leg. § 3, Isocrat. Archidam. § 71, περὶ ἀντιδόσ. § 146.

Eodem modo in eorum quae Demosth. nomine feruntur Prooemiorum 21 p. 614 B. 1432 R. ubi haec leguntur: ἡνίκα ἐν Ἑλλησπόντῳ Φίλιππον ἠκούσαμεν, ante verbum excidit ὄντ'.

2. Alia vitiorum species, in qua haud minus frequenter offendimus, cernitur in temporis aoristi aut praesentis cum futuro confusione, cuius rei itidem nonnulla exempla afferre mihi proposui.

Sic adhuc in Thucydide legitur V: 18. ὁ δ' ὅρκος ἔστω ὅδε· Ἐμμένω ταῖς ξυνθήκαις κτέ. cap. 47: ὁ δὲ ὅρκος ἔστω ὅδε· Ἐμμένω τῇ ξυμμαχίᾳ; c. 38: ὀμόσαι ἀλλήλοις, ἦ μὴν ἔν τε τῷ παρατυχόντι ἀμύνειν τῷ δεομένῳ καὶ μὴ πολεμήσειν τῳ κτέ. Legendum ἐμμενῶ et ἀμυνεῖν.

Demosth. in Aristocr. § 106 p. 588 B. 655 R.: ἂν ἡμᾶς ἀδικῇ Κερσοβλέπτης, ὁ μᾶλλον ἐλπὶς ἢ μὴ δυνηθέντα ποιῆσαι; in Aphob. II. § 21 p. 128 B. 842 R.: ἢ νῦν μὲν οἴεται τυχόντα με τῶν δικαίων παρ' ὑμῖν ὑποδέξασθαι καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐκδώσειν; in Boeot. p. 252 B. 994 R. argum.: ὑποσχόμενος, εἰ ὀμόσειεν, ἐμμένειν τῷ ὅρκῳ; in-

certi auctor. orat. in Phaenipp. § 17 p. 1044 R.: ὑπεσχόμην ἀποφαίνειν τὴν ἄλλην οὐσίαν, et § 11 p. 1042 R. 293 B.: ὀμόσας γάρ—ἀποφαίνειν τὴν οὐσίαν. Isocrat. περὶ ἀντιδόσ. § 116 p. 372 B.: ὑμεῖς μὲν γὰρ χειροτονεῖτε στρατηγοὺς τοὺς εὐρωστοτάτους τοῖς σώμασι καὶ πολλάκις ἐν τοῖς ξενικοῖς στρατεύμασι γεγενημένους, ὡς διὰ τούτων διαπραξάμενοί τι τῶν δεόντων. Thucyd. V: c. 30 (ed. Tauchn.): καὶ αὐτοὺς μέλλοντας σπείσασθαι. Dionys. Halic. Antiqu. Rom. V. 54: καὶ πολλὰ ὑποσχόμενος εὖ ποιῆσαι, VI. c. 16: ὑπισχνοῦντο αὐτοῖς πέμπειν, XIII. c. 3: Ὁ—Κάμιλλος—ηὔξατο τῇ—Ἥρᾳ—τό τε ξόανον αὐτῆς ἐν Ῥώμῃ καθιδρύσειν καὶ σεβασμοὺς αὐτῇ καταστήσασθαι πολυτελεῖς.

Thucyd. VIII: 108: Κατέπλευσε δὲ ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους τούτους καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης ταῖς τρισὶ καὶ δέκα ναυσὶν ἀπὸ τῆς Καύνου καὶ Φασήλιδος ἐς τὴν Σάμον, ἀγγέλλων, ὅτι κτέ. Isocrat. ad Demonic. p. 11 B. 9 Steph. § 33: Οὓς ἂν βούλῃ ποιήσασθαι φίλους, ἀγαθόν τι λέγε περὶ αὐτῶν πρὸς τοὺς ἀπαγγέλλοντας. In omnibus his locis reponendum est futurum.

II.

Fragmentum Aeschyli 396 Dind.: Eustathius p 995, 1: Τρωτὸς ὅλον ἦν Αἴας τὸ σῶμα καὶ οὐ μόνον τὰ περὶ μασχάλην κατὰ Αἰσχύλον καὶ ἄλλους sine dubio referendum est ad deperditam eius fabulam Θρησσῶν nomine laudatam, uti apparet, si cum Eustathii verbis comparamus Schol. Sophocl. Aiac. ad vs. 833: Παραδεδομένου δὲ καθ' ἱστορίαν ὅτι κατὰ τὸ ἄλλο σῶμα ἄτρωτος ἦν ὁ Αἴας, κατὰ δὲ τὴν μασχάλην τρωτός κτέ. et paucis interpositis: φησὶ δὲ περὶ αὐτοῦ Αἰσχύλος ὅτι καὶ τὸ ξίφος ἐκάμπτετο οὐδαμῇ ἐνδιδόντος τοῦ χρωτὸς τῇ σφαγῇ· τόξον ὥς τις ἐντείνων, πρὶν δή τις, φησί,

παροῦσα δαίμων ἔδειξεν αὐτῷ κατὰ ποῖον μέρος δεῖ χρήσασθαι τῇ σφαγῇ.

III.

1. Ex Euripidis Alcmaeone (Dind. Alcm. fr. II.) a Pindari Scholiasta (ad Nem. 4 : 22) servati sunt hi versus:

Ὁ σοι χρυσοῦν ἀπώλεσ', Οἰδίπους δ'ἐμὲ,
χρυσοῦν ἐνεγκὼν ὅρμον εἰς Ἄργους πόλιν.

Dindorf ad hoc fr.: „vs. 1 corruptus." Laudatur idem fragment. Anecdot. Boisson. T. III, 239: σολοικισμὸς περὶ τὰ εἴδη ὡς Οἰδίπουν ἀπώλεσ'· Οἰδίπους δ'ἐμέ. Cf. Ph. Buttmanni lib. inscr. ausführl. griech. Sprachlehre, alterius ed. T. II p. 438, nota (†). Hisce collatis versus primus mihi sic constituendus videtur:

Θεὸς Οἰδίπουν ἀπώλεσ', Οἰδίπους δ'ἐμέ.

2. Eurip. Archel. fr. XI. Dind.

Σοὶ δ' εἶπον, ὦ παῖ, τὰς τύχας ἐκ τῶν πόνων
θηρᾶν· ὁρᾷ γὰρ σὸν πατέρα τιμώμενον.

In hisce verbis nescio cuius senis ad Archelaum, Herculis nepotem, qui a fratribus eiectus exul in Macedoniam venit ad regem Cissea, pro ὁρᾷ legendum ὁρᾷς. — In eiusdem fab. fr. III pro κισσεῦ scribendum Κισσεῦ. Cf. Hygin. fab. 219.

3. A Philone Iud. ex Eurip. dramate cui nomen fuit Συλεύς haec laudantur (Dind. h. fab. fr. III):

τὸ ἦθος αὐτοῦ ** οὗ κατηγορεῖ
σιγῶντος, ὡς εἴης ἂν οὐχ ὑπήκοος,
τάσσειν δὲ μᾶλλον ἢ 'πιτάσσεσθαι θέλοις.

Verba sunt Sylei ad Herculem, quem emturus erat servum. Versum autem primum sic refingendum puto:

τὸ εἶδος αὐτὸ τοῦτο σοῦ κατηγορεῖ κτέ.

IV.

1. Aristoph. Ecclesiaz. vs. 571. Dind. legitur: *νῦν δὴ δεῖ σε πυκνὴν φρένα καὶ φιλόσοφον ἐγείρειν.* Vox *φιλόσοφον*, quae editoribus debetur, metrum pessumdat nec satis aptam notionem praebet, quare eius loco legerim *φιλόδημον*. Hoc vocabulum metro aeque convenit ac sententiae neque Aristophani inusitatum est.

2. Apud Phrynich. Bekk. p. 57, 14. Aristophanis hic versus laudatur (Aristoph. fr. 518 Dind.):

Οὔκουν μ' ἐάσεις ἀναμετρήσασθαι τάδε;

Certum autem est, eum corruptum esse, cum apud Atticos in usu sit activa forma verbi *ἀναμετρῶ*, cf. v. c. Aristoph. fr. 582 *ἀνεμέτρει τὸ χωρίον*, Av. vs. 1020, ubi iocose poeta Metoni, nobilissimo geometrae, aliquem haec dicentem facit: *οὐκ ἀναμετρήσεις σαυτὸν ἀπιὼν ἀλλαχῆ;* — Quid autem hoc loco ipse scripserit, haud facile inventu. Fortasse in ultimis literis latent voculae *ὀλίγα δή*.

V.

1. Menandri incert. fabul. fr. II. laudantur hi versus (16—18):

Σὺ δ' οὔθ' ὑπερβάλλοντα, Τρόφιμ', ἀπώλεσας
ἀγαθά, τὰ νυνὶ δ' ἔστι μέτριά σοι κακά,
ὥστ' ἀνὰ μέσον που καὶ τὸ λοιπὸν δὴ φέρε.

Pro extremis istis legendum conieci *καὶ τὸ λυποῦν δεῖ φέρειν.* Vocab. *τὸ λυποῦν* Menandro et Atticis universe satis frequenter usurpatum, e. c. Plocii fr. 9 vs. 1: *ἀεὶ τὸ λυποῦν ἀποδίωκε τοῦ βίου*, Philemon. Inc. fr. XXVII *b*, vs. 5: *ἐπὰν τὸ λυποῦν πλεῖον ᾖ τὸ σῶζον ᾖ*, Thucyd. II c. 61.

2. Apud Stobaeum Serm. XXXII, 7 leguntur haec Menandri (*Καρίνης* fabulae fr. 2. Ed. Par. MDCCCXLVI):

Ὦ μεγίστη τῶν θεῶν
νῦν οὖσ' Ἀναίδει, εἰ θεὸν καλεῖν σε δεῖ·
δεῖ δέ· τὸ κρατοῦν γὰρ νῦν νομίζεται θεός κτέ.

Quid in ultimo versu pro hac vitiosa scriptura necessario requiratur, quodammodo Grotius iam perspexisse videtur: qui sic ea Latine reddidit:

O dearum maxima
nunc Impudentia, si te fas dici deam:
at fas: nam nunc quod regnat, mos numen *vocat*: etc.

Quum autem vocula νῦν vs. 3 nulli idoneae interpretationi locum det, et verbum νομίζεται prorsus ab hac sententia alienum sit, ubi de *nomine*, non de *opinione* agitur, in duobus istis vocabulis corruptelam latere ante oculos est. Legendum coniicio:

δεῖ δέ· τὸ κρατοῦν γὰρ π ᾶ ν ὀ ν ο μ ά ζ ε τ α ι θεός.

VI.

1. Thucyd. (ed. Tauchn.) III: 11 ab init. Mitylenaeensium legati Peloponnesiis haec dixisse feruntur: Καὶ εἰ μὲν αὐτόνομοι ἔτι ἦμεν ἅπαντες, βεβαιότεροι ἂν ἡμῖν ἦσαν μηδὲν νεωτεριεῖν· ὑποχειρίους δὲ ἔχοντες τοὺς πλείους, ἡμῖν δὲ ἀπὸ τοῦ ἴσου ὁμιλοῦντες, χαλεπώτερον εἰκότως ἔμελλον οἴσειν, καὶ πρὸς τὸ πλεῖον ἤδη εἶκον, τοῦ ἡμετέρου ἔτι μόνου ἀντισουμένου. Pro ἤδη ε ἶ κ ο ν mihi legendum videtur ἤδη ἤ ν ε γ κ ο ν, ita ut ultimorum verborum haec sententia sit: *verosimile est aegre eos laturos, — imo (aegre) iam tulerunt, — nos solos sibi pares esse.* Genitivus autem τοῦ ἡμετέρου pendet a verbis χαλεπῶς φέρειν, cf. I: 77: οὐ τοῦ πλείονος μὴ στερισκόμενοι, χάριν ἔχουσιν, ἀλλὰ τοῦ ἐνδεοῦς, χαλεπώτερον φέρουσιν, ubi distinctio post ἐνδεοῦς tollenda est. Quodsi tenuisset vir summus Wyttenbach., non haesisset in verbis II: 62: οὐ δ' εἰκὸς χαλεπῶς φέρειν αὐτῶν μᾶλλον, ἢ οὐ

κήπιον, καὶ ἐγκαλλώπισμα πλούτου πρὸς ταύτην νομίσαντας, ὀλιγωρῆσαι, vid. eius Selecta princip. historic. Ed. 4. p. 370 in annotat. ad h. l. Recte explicavit structuram A. Matthiae in libro inscripto: ausführl. griech. Grammatik, 3 Ed. Tom. II § 368.

2. Ibid. c. 30 in fine: *καὶ μὴ ἀποκνήσωμεν τὸν κίνδυνον, νομίσαντες οὐκ ἄλλο τι εἶναι τὸ καινὸν τοῦ πολέμου, ἢ τὸ τοιοῦτον, ὃ εἴ τις στρατηγὸς ἔν τε αὐτῷ φυλάσσοιτο, καὶ τοῖς πολεμίοις ἐνορῶν ἐπιχειροίη, πλεῖστ' ἂν ὀρθοῖτο.* Vox *καινόν* hic nullum locum habet; legendum sine dubio: *τὸ κενὸν τοῦ πολέμου.* Proverbium erat, cuius frequenter historici meminerunt, e. c. Diod. Sic. XX, 30, ubi exemplo repente immutatae belli fortunae narrato haec addit: *ὥστ' ἀληθὲς εἶναι τὸ λεγόμενον, ὅτι πολλὰ τὰ κενὰ τοῦ πολέμου;* eiusdem libri c. 67. extr.: *αἱ μὲν οὖν δυνάμεις ἀμφότεραι τὸν εἰρημένον τρόπον ἠτύχησαν, ἐξαπατηθεῖσαι, κατὰ τὴν παροιμίαν, τοῖς κενοῖς τοῦ πολέμου*, et libri XXI fragm. (ed. Tauchn. T. VI. p. 43): Πολλὰ (add. *τὰ*) *κενὰ τοῦ πολέμου· ἄγνοια γὰρ καὶ ἀπάτη πολλάκις οὐκ ἔλαττον κατεργάζεται τῆς ἐν τοῖς ὅπλοις ἐνεργείας* (Eclog. II. p. 489 squ.).

3. Ibid. IV, 96 init.: *οἱ Βοιωτοί, παρακελευσαμένου καὶ σφίσιν ὡς διὰ ταχέων καὶ ἐνταῦθα Παγώνδου παιωνίσαντος κτέ.* Verbum *παιωνίζω* apud Thucyd. duplici notione legitur, scilicet significat aut in Deorum honorem hymnos canere aut bellicosa carmina, quibus milites se ad certamen fortiter ineundum exhortabantur. Neutra significatio huic loco convenit, quapropter pro illo legendum puto *παραινέσαντος.* Verum quidem est, ubi de duce milites adhortante sermo est, multo frequentius a Thucyd. usurpari *παρακελεύομαι*, sed nec loci desunt, ubi *παραινεῖν* eadem fere notione reperiatur aut etiam cum illo verbo componatur. Sic c. 93. init.: *Τοιαῦτα ὁ Παγώνδας*

τοῖς Βοιωτοῖς παραινέσας, ἔπεισεν κτέ. c. 127. Τοιαῦτα ὁ Βρασίδας παραινέσας κτέ. VII. c. 63: τοῖς δὲ ναύταις παραινῶ κτέ. c. 69: καὶ ὁ μὲν, οὐχ ἱκανὰ μᾶλλον ἢ ἀναγκαῖα νομίσας παρῃνῆσθαι κτέ. Cff. etiam V: 69, VIII: 76 et II: 88, ubi de haud dissimili re substantiv. παραίνεσις usurpatum cernimus.

4. Ibid. V, 65: ἐβούλετο δὲ τοὺς ἀπὸ τοῦ λόφου βοηθοῦντας ἐπὶ τὴν τοῦ ὕδατος ἐκτροπὴν, ἐπειδὰν πύθωνται, καταβιβάσαι τοὺς Ἀργείους καὶ τοὺς ξυμμάχους, καὶ ἐν τῷ ὁμαλῷ τὴν μάχην ποιεῖσθαι.

Eiicienda puto vocabb. τοὺς Ἀργείους καὶ τοὺς ξυμμάχους tanquam interpretamentum verborum τοὺς ἀπὸ τοῦ λόφου.

5. Ibid. VI, 68: Nicias hisce verbis Athenienses antequam cum Siculis certamen inibant, adhortatus esse dicitur: τοὐναντίον ὑπομιμνήσκω ὑμᾶς, ἢ οἱ πολέμιοι σφίσιν αὐτοῖς εὖ οἶδ' ὅτι παρακελεύονται. οἱ μὲν γὰρ, ὅτι περὶ πατρίδος ἔσται ὁ ἀγών· ἐγὼ δὲ, ὅτι οὐκ ἐν πατρίδι, ἐξ ἧς κρατεῖν δεῖ, ἢ μὴ ῥᾳδίως ἀποχωρεῖν. In postremis verborum structura cernitur, quae a grammaticis praegnans vocatur, ita ut praepositio ἐξ a verbo ἀποχωρεῖν pendeat. Ante praepositionem vero desideratur particula adversandi habens notionem ἀλλ', quam restituendam puto.

6. Postquam auctor narravit, Alcibiadem in patriam redeundi cupidum, apud Tissaphernem degentem magis magisque Peloponnesiorum commodis adversatum fuisse iisque obtrectando, Atheniensium res augere studuisse, VIII. c. 46 sic in narratione pergit: Παρῄνει δὲ καὶ τῷ Τισσαφέρνει, μὴ ἄγαν ἐπείγεσθαι τὸν πόλεμον διαλῦσαι, μηδὲ βουληθῆναι, κομίσαντα ἢ ναῦς Φοινίσσας, ἅσπερ παρεσκευάζετο μελλήσει πλείοσι μισθὸν πορίζοντα, τοῖς αὐτοῖς τῆς τε γῆς καὶ τῆς θαλάσσης τὸ κράτος δοῦναι κτέ. Vox μελ-

λήσει corrupta est: cum unum orationis membrum a particula ἤ incipiens praecesserit, desideratur alterum, quod itidem ab hac incipere debet. Quapropter non dubito quin auctor scripserit: ἢ Ἕλλησι πλείοσι μισθὸν πορίζοντα κτέ. Iam aliquamdiu satrapes multis Peloponnesiorum copiis quae navibus impositae erant mercedem dederat eo consilio ut Athenarum vires frangerentur, civitatis unius omnium Persarum regi maxime infensae. Nunc quo citius consilium suum perficeret pluribus copiis illi opus erat: volvebat igitur in mente, aut naves Phoenissas arcessere aut pluribus etiam quam antea Graecis mercedem praebere, hac nimirum conditione, ut duces hisce copiis adversus communem hostem uterentur.

VII.

1. Platon. Gorg. c. 54. p. 499. E: Ἕνεκα γάρ που τῶν ἀγαθῶν ἅπαντα ἡμῖν ἔδοξε πρακτέον εἶναι, κτέ. Vocabulum που non huius loci mihi esse videtur, quapropter recipiendam censeo ex Stobaeo lectionem δήπου.

2. Ibid. c. 57. p. 502, A squ.: ἀλλὰ δὴ σκόπει· οὐχὶ ἥτε κιθαρῳδικὴ δοκεῖ σοι πᾶσα καὶ ἡ τῶν διθυράμβων ποίησις ἡδονῆς χάριν εὑρῆσθαι; ΚΑΛ. Ἔμοιγε. ΣΩ. Τί δὲ δὴ ἡ σεμνὴ αὕτη καὶ θαυμαστή, ἡ τῆς τραγῳδίας ποίησις, ἐφ' ᾧ ἐσπούδακε; Primum articulum ἡ ante τῆς, utpote prorsus hic abundantem atque molestum, qui facile ex antecedente litera oriri potuit, delendum puto. Deinde vocabula postrema, quae salvo usu loquendi apte explicari nequeunt quibusque facile carebimus, tanquam ineptum interpretamentum eiecerim.

3. Ibid. c. 69. p. 513, D: ἀλλ' ἐὰν πολλάκις ἴσως καὶ βέλτιον ταὐτὰ διασκοπώμεθα, πεισθήσει. Particula ἴσως suo loco mota atque ante verbum πεισθήσει reponenda vi-

detur. Nam eiusmodi traiectionem, qualem nonnulli Viri Docti hic agnoscere volebant, haud quaquam in Attico scriptore ferendam arbitror.

4. Ibid. c. 83. p. 527, D: *κἄπειτα οὕτω κοινῇ ἀσκήσαντες, τότε ἤδη, ἐὰν δοκῇ χρῆναι, ἐπιθησόμεθα τοῖς πολιτικοῖς, κτέ.* Sensus loci docet, emendandum esse, *τότε δή.*

5. Protag. c. 1. p. 309, A squ.: *οὐ σὺ μέντοι Ὁμήρου ἐπαινέτης εἶ, ὃς ἔφη χαριεστάτην ἥβην εἶναι τοῦ ὑπηνήτου, ἣν νῦν Ἀλκιβιάδης ἔχει;* Versum vult Odyss. κ' 279:

πρῶτον ὑπηνήτῃ, τοῦ περ χαριεστάτη ἥβη.

Satis autem perspicuum Platonem in his verbis laudandis vocem *πρῶτον*, quippe quae vim habeat maximam, omittere non potuisse, quam temere a librariis neglectam suo loco restituendam puto.

6. Ibid. c. 8. p. 316, B.: *Ὦ Πρωταγόρα, πρός σέ τοι ἤλθομεν ἐγώ τε καί Ἱπποκράτης οὗτος.* Corrigendum vitium, quod prosae orationis scriptorum quam plurimis locis adhuc inhaeret, ac scribendum: *οὑτοσί.*

7. Ibid. paullo post, C.: *ἐπιθυμεῖν δέ μοι δοκεῖ ἐλλόγιμος γενέσθαι ἐν τῇ πόλει. τοῦτο δὲ οἴεταί οἱ μάλιστα γενέσθαι, εἰ σοὶ συγγένοιτο.* Excidit particula *ἄν* ante *γενέσθαι.* Legendum enim *μάλιστ' ἄν.*

8. Ibid. c. 9 p. 318, B.: *ἀλλὰ μὴ οὕτως, ἀλλ' ὥσπερ ἂν εἰ αὐτίκα μάλα μεταβαλὼν τὴν ἐπιθυμίαν Ἱπποκράτης ὅδε ἐπιθυμήσειε τῆς συνουσίας τούτου τοῦ νῦν νεωστὶ ἐπιδημοῦντος, κτέ.* Prorsus abundat *νῦν*, quod facile ex antecedente et sequente voce oriri potuit: non ergo est quominus eiiciamus.

9. Ibid. c. 10 p. 319, A.: *Ἦ καλόν, ἦν δ' ἐγώ, τέχνημα ἄρα κέκτησαι, εἴπερ κέκτησαι.* Particula *ἄρα*, sic uti a primo sententiae membro prorsus aliena est, ita necessario in altero requiritur. Non dubitandum igitur

quin loco suo mota sit atque ita legendum: Ἦ καλόν, ἦν δ' ἐγώ, τέχνημα κέκτησαι, εἴπερ ἄρα κέκτησαι.

10. Ibid. C.: περὶ μὲν οὖν ὧν οἴονται ἐν τέχνῃ εἶναι, οὕτω διαπράττονται. Verba ἐν τέχνῃ haud aptām praebent sententiam. Quid requiratur, ut credo, perspicuum fiet ex istis quae paullo ante leguntur: καὶ τἆλλα πάντα οὕτως, ὅσα ἡγοῦνται μαθητά τε και διδακτὰ εἶναι. Equidem legerim: ἔντεχνα.

11. Ibid. p. 320 A. c. 10: εἰ δὲ βούλει, Κλεινίαν, τὸν Ἀλκιβιάδου τουτουὶ νεώτερον ἀδελφόν, ἐπιτροπεύων ὁ αὐτὸς οὗτος ἀνὴρ Περικλῆς. Eiiciatur ultima vox.

12. Ibid. c. 17 p. 328, D.: πολλοῦ γὰρ ποιοῦμαι ἀκηκοέναι ἃ ἀκήκοα Πρωταγόρου. Constans loquendi usus postulare videtur ut legatur: περὶ πολλοῦ γὰρ κτέ.

13. Ibid. c. 40 p. 361, E.: καὶ γὰρ οὔτε τἆλλα οἶμαι κακὸς εἶναι ἄνθρωπος, φθονερός τε ἥκιστ' ἀνθρώπων· ἐπεὶ καὶ περὶ σοῦ πρὸς πολλοὺς δὴ εἴρηκα, ὅτι ὧν ἐντυγχάνω πολὺ μάλιστα ἄγαμαι σέ, τῶν μὲν τηλικούτων καὶ πάνυ. Voci μὲν substituatur particula μέντοι quae in eiusmodi dicendi formulis semper adhibetur.

14. Phaedon. p. 102 A.: Φ. Πάνυ μὲν οὖν, ὦ Ἐχέκρατες, καὶ πᾶσι τοῖς παροῦσιν ἔδοξε. E. Καὶ γὰρ ἡμῖν τοῖς ἀποῦσι, νῦν δὲ ἀκούουσιν. Si oppositio in hisce postremis diserte significatur, abesse non posse videntur ante ἀποῦσι verba τότε μὲν: cum vero facillime intelligi possit, equidem crediderim verba ἀποῦσι, νῦν δὲ insiticia esse.

15. De Republ. l. II. p. 365, D.: ἐπὶ γὰρ τὸ λανθάνειν ξυνωμοσίας τε καὶ ἑταιρείας συνάξομεν, εἰσί τε πειθοῦς διδάσκαλοι σοφίαν δημηγορικήν τε καὶ δικανικὴν διδόντες. Postremum vocabulum hic stare nequit: ortum puto ex participio διδάσκοντες per compendium scripto.

16. Phaedri c. 42 p. 260 B. squ.: λέγων, ὡς παντὸς

ἄξιον τὸ θρέμμα οἴκοι τε κεκτῆσθαι καὶ ἐπὶ στρατείας, ἀποπολεμεῖν τε χρήσιμον καὶ προσενεγκεῖν δυνατὸν σκεύη καὶ ἄλλα πολλὰ ὠφέλιμον. Sententia requirit ut scribatur: προσέτι ἐνεγκεῖν.

17. Lys. c. 9 p. 213 B, C.: Οὐκοῦν ταὐτὰ ἡμῖν συμβήσεται ἀναγκαῖον εἶναι ὁμολογεῖν, ἅπερ ἐπὶ τῶν πρότερον, πολλάκις φίλον εἶναι μὴ φίλου, πολλάκις δὲ καὶ ἐχθροῦ, ὅταν ἢ μὴ φιλοῦν τις φιλῇ ἢ καὶ μισοῦν φιλῇ· πολλάκις δ' ἐχθρὸν εἶναι μὴ ἐχθροῦ ἢ καὶ φίλου, ὅταν ἢ μὴ μισοῦν τις φιλῇ ἢ καὶ φιλοῦν μισῇ. Sponte patet ex loci sententia, pro ultimo φιλῇ legendum esse μισῇ.

18. Hipp. Maior. ult. cap. p. 304, E: Συμβέβηκε δή μοι, ὅπερ λέγω, κακῶς μὲν ὑφ' ὑμῶν ἀκούειν καὶ ὀνειδίζεσθαι, κακῶς δὲ ὑπ' ἐκείνου.

Eiiciatur ineptum interpretamentum καὶ ὀνειδίζεσθαι. Ex continuo sequentibus κακ. δὲ ὑπ ἐκ. fraus statim apparet.

19. Hipp. Minor. c. 5. p. 365: ΙΠ. Ἔσται ταῦτα. ἀλλ' ἐρώτα ἐν βραχεῖ ὅ τι βούλει.

Verba ἐν βραχεῖ significant *brevi*, quae notio ab hoc loco aliena est. Legendum ἔμβραχυ, quae vox Platoni quam maxime usitata est; cf. Ruhnken. ad Timaeum s. v.

20. Ibid. c. 16, p. 374, A.: ΣΩ. Τί δ' ἐν πάλῃ; πότερος παλαιστὴς ἀμείνων, ὁ ἑκὼν πίπτων, ἢ ὁ ἄκων; ΙΠ. Ὁ ἑκών, ὡς ἔοικε. ΣΩ. Πονηρότερον δὲ καὶ αἴσχιον ἐν πάλῃ τὸ πίπτειν, ἢ τὸ καταβάλλειν; ΙΠ. Τὸ πίπτειν.

Vox πονηρότερον adiectivo αἴσχιον adiuncta prorsus abundat. Sine dubio reponendum πότερον, quod pronomen sensus loci requirit. Similitudo autem literarum et quod paullo ante (p. 373, E) praecessit, vocabulum πονηρότερος corruptelae ansam dederunt.

VIII.

1. Demosthen. περὶ συμμοριῶν § 14. p. 181 R. 163 B.: Ἐγὼ τοίνυν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ταῦτα τε καὶ παραπλήσια τούτοις λογιζόμενος λόγον μὲν οὐδένα ἐβουλόμην θρασὺν οὐδ' ἔχοντα μάταιον μῆκος εὑρεῖν κτέ. Legendum est εἰπεῖν. Saepius haec duo verba inter se confusa sunt. Sic in eiusdem orat. de Chersonn. § 54. p. 94. B. 103. R. legimus: ἂν γὰρ ἐκεῖνος πεισθῇ, τάγ' ἀφ' ὑμῶν ἕτοιμα ὑπάρχει· νομίζειν δ' εἶναι χαλεπὰ οὐχ ὅσ' ἂν εἰς σωτηρίαν δαπανῶμεν, ἀλλ' ἃ πεισόμεθα, ἂν ταῦτα μὴ ἐθέλωμεν ποιεῖν καὶ τὸ „διαρπασθήσεται τὰ χρήματα" τῷ φυλακὴν εἰπεῖν, δι' ἧς σωθήσεται, κωλύειν, κτέ. Eadem prorsus leguntur in orat. Philippic. IV quae Demosth. nomine fertur § 56. p. 133 B. 146 R. hoc modo discrimine ut hic pro verbo εἰπεῖν substitutum sit εὑρεῖν. Neutrum tamen horum locorum esse videtur, sed mutandum in ἔχειν. Nota est dicendi formula φυλακὴν ἔχειν, cf. e. c. Herod. I, 39: Συγγνώμη μέν, ὦ πάτερ, τοὶ ἰδόντι γε ὄψιν τοιαύτην περὶ ἐμὲ φυλακὴν ἔχειν, Thucyd. I, 57: τῶν τε πλησίον πόλεων φυλακὴν ἔχειν, c. 143, II: 69, VIII, 11, 13, Dinarch. in Demosth. § 67. p. 165 B. 98 St.

In Demosth. orat. περὶ συμμοριῶν § 23. p. 165 squ. B. 184 R: πάντα γὰρ ἀκριβῶς εὑρεῖν οὐ ῥᾴδιον, corrigendum est εἰπεῖν.

2. Orat. pro Megalopol. § 6. p. 182. B. 204 R: Ἀλλὰ νὴ Δία ταῦτα μὲν οὕτω δεῖν ἔχειν φήσομεν, δεινὸν δ' εἰ κτέ. Vocab. δεῖν ex mox sequenti δεινόν ortum puto atque eiiciendum.

Ibid. § 20. p. 186. B. 207. R: ἀλλ', οἶμαι, ταῦτα μέν ἐστι δεύτερον ἀνθρώπων βουλομένων ἑτέρων ποιῆσαι τούτους συμμάχους. Pro ἐστι δεύτερον legendum conieci ἐπιτηδευτέον. Tum et vox ἀνθρώπων mihi suspicionem

movet. Fortasse igitur scribendum: *πάντων βουλομένων τῶν ἑτέρων.*

3. De fals. legat. § 244 p. 378 B. 417 R.: *καὶ ὅτι σοφὸς ἦν ὁ ποιητὴς ὁ ταῦτα ποιήσας.* Eiiciatur ineptum interpretamentum, sicuti § 265 p. 386 B. 426 R.: *καὶ Λασθένης μὲν ἤρεψε τὴν οἰκίαν τοῖς ἐκ Μακεδονίας δοθεῖσι ξύλοις* vocab. *δοθεῖσι*, quo facile carebimus.

4. Ibid. § 290 p. 394 B. 434 R.: *τί γὰρ δή ποτε, Εὔβουλε, Ἡγησίλεῳ μὲν κρινομένῳ — καὶ Θρασυβούλῳ πρῴην — ἐπὶ μὲν τῆς πρώτης ψήφου οὐδ' ὑπακοῦσαι καλούμενος ἤθελες, εἰς δὲ τὸ τίμημα ἀναβὰς ὑπὲρ μὲν ἐκείνων οὐδ' ὁτιοῦν ἔλεγες, ἐδέου δὲ τῶν δικαστῶν συγγνώμην ἔχειν σοι.* Legendum credo *ἐπὶ δὲ τὸ βῆμα*, quod paullo post § 311 memoratur, id quod iudices adibant suffragia inituri. Aeschin. de fals. leg. § 127 p. 357 B. 45 St.: *Κάλει μοι τοὺς οἰκέτας δεῦρο ἐπὶ τὸ βῆμα.* — In iudiciis autem actor et reus suum uterque *βῆμα* occupabant, vd. Aeschin. in Ctesiph. § 207 p. 83 St., Demosth. in Olympiod. § 31 p. 1176 R. 401 B.

Ibid. § 314 p. 401 B. 442 R.: *εἶτα γεωργεῖς ἐκ τούτων καὶ σεμνὸς γέγονας.* Vocab. *γεωργεῖς* corruptum mihi videtur. Num fortasse legendum *μετέωρος*?

5. Contra Leptin. § 104. p. 441. B. 488. R: *καὶ μὴν κἀκεῖνος τῶν καλῶς δοκούντων ἔχειν νόμων Σόλωνός ἐστι, μὴ λέγειν κακῶς τὸν τεθνεῶτα, μηδ' ἂν ὑπὸ τῶν ἐκείνου τις ἀκούῃ παίδων αὐτός· σὺ δὲ ποιεῖς, οὐ λέγεις κακῶς τοὺς τετελευτηκότας τῶν εὐεργετῶν, τῷ δεῖνι μεμφόμενος καὶ τὸν δεῖν' ἀνάξιον εἶναι φάσκων, ὧν οὐδὲν ἐκείνοις προσῆκεν. ἆρ' οὐ πολὺ τοῦ Σόλωνος ἀποστατεῖς τῇ γνώμῃ;*

Legendum puto: *σὺ δὲ τί ποιεῖς; οὐ λέγεις — προσῆκεν;* Eodem modo contra Lacrit. § 21. p. 200. B. 930. R: *ταῦτα διαῤῥήδην γέγραπται, ὦ ἄνδρες δικασταί. οὗτοι δὲ τί ἐποίησαν;* Dinarch. in Demosthen. § 87. p. 170 squ. B.

101. St.: *αὐταὶ αἱ σεμναὶ θεαὶ τῇ πρὸς Ὀρέστην ἐν τούτῳ τῷ συνεδρίῳ κρίσει γενομένῃ καὶ τῇ τούτου ἀληθείᾳ συνοίκους ἑαυτὰς εἰς τὸν λοιπὸν χρόνον κατέστησαν. ὑμεῖς δὲ τί ποιήσετε —;* Platon. Gorg. c. 72. p. 516. C: *Οὐκοῦν οἵ γε δίκαιοι ἥμεροι, ὡς ἔφη Ὅμηρος. σὺ δὲ τί φῄς.*

6. In Stephan 1. § 5. p. 1103. R. 343. B: *καὶ πρῶτον μὲν παρεγράψατο τὴν δίκην, ἣν ἔφευγε Φορμίων, μὴ εἰσαγώγιμον εἶναι.* Deleatur N. P.

7. In Euerg. et Mnesibul. § 7 p. 373. B. 1141. R. et § 47. p. 383. B. 1153. R. post verba *ἦρξε χειρῶν ἀδίκων* delendum est glossema: *τοῦτο γάρ ἐστιν ἡ αἰκία.* Cf. oration. argum. p. 371. B. 1138. R: *ἑκάτερος φάσκων τὸν ἕτερον ἄρξαι τῶν πληγῶν· τοῦτο γὰρ ἦν ἡ αἰκία.*

IX.

1. Isocr. Philipp. § 81. p. 109. B. 98. St.: *τοῖς ἐπὶ τοῦ βήματος κυλινδουμένοις.* Legendum *καλινδουμένοις.* Recte haec forma exhibetur contra Sophist. § 20, *περὶ ἀντιδόσ.* § 30.

2. Eiusdem *τραπεζιτ.* § 21. p. 435. B. 363. St.: *καὶ οὗτος* (l. *οὑτοσί*), *ὦ ἄνδρες δικασταί, ἐδεῖτό μου ἀπαλλάττειν Μενέξενον, λέγων ὅτι οὐδὲν αὐτῷ πλέον ἔσται, εἰ τὰ μὲν χρήματα ἐκ τῶν συγγεγραμμένων εἰς τὸν Πόντον εἰσπλεύσας ἀποδώσει, αὐτὸς δ' ὁμοίως ἐνθάδε καταγέλαστος ἔσοιτο· ὁ γὰρ παῖς, ἐὰν βασανίζηται, περὶ πάντων τἀληθῆ κατερεῖ.* Vox *καταγέλαστος* ab hoc loco aliena mihi videtur, quare legerim *κατάγγελτος*, cf. § 27. p. 437. B. 364. St.: *ἡγησάμενος, εἰ μὲν ἐκδοίη τὸν παῖδα βασανίσαι, φανερὸς γενήσεσθαι πανουργῶν.* Cf. etiam Thucyd. VII, 48: *Ὁ δὲ Νικίας ἐνόμιζε μὲν καὶ αὐτὸς πονηρὰ σφῶν τὰ πράγματα εἶναι, τῷ δὲ λόγῳ οὐκ ἐβούλετο αὐτὰ ἀσθενῆ ἀποδει-*

κνύναι, οὐδ' ἐμφανῶς σφᾶς ψηφιζομένους μετὰ πολλῶν τὴν ἀναχώρησιν, τοῖς πολεμίοις καταγγέλτους γίγνεσθαι, λαθεῖν γὰρ ἄν, ὁπότε βούλοιντο τοῦτο ποιοῦντες πολλῷ ἧσσον. Eadem significatione hic scriptor usurpat adiect. ἐξάγγελτος VIII, 14: Ὁ δὲ Χαλκιδεὺς καὶ ὁ Ἀλκιβιάδης πλέοντες ὅσοις τε ἐπιτύχοιεν, ξυνελάμβανον, τοῦ μὴ ἐξάγγελτοι γενέσθαι.

3. In Callimach. § 48. p. 455. B. 380. St.: καὶ φησὶ μὲν εἶναι δημοτικός, τοσούτῳ δὲ μᾶλλων τῶν ἄλλων ἐπιθυμεῖ μετασχεῖν ἐκείνης τῆς πολιτείας (scilicet τῶν τριάκοντα), ὥστ' οὐδ' εἰ κακῶς ἔπαθεν ἠξίωσεν ἀπελθεῖν, ἀλλ' ᾑρεῖτο μετὰ τῶν ἡμαρτηκότων εἰς αὐτὸν πολιορκεῖσθαι μᾶλλον ἢ μεθ' ὑμῶν τῶν συνηδικημένων πολιτεύεσθαι.

Necessario pro ἐπιθυμεῖ scribendum est ἐπεθύμει.

X.

1. Dionys. Halic. Antiqu. Rom. ed. Tauchn. VII, 45: εἶθ' ὅ τι δή ποτε ἄλλο ἀπολόγημα ἔχεις, καταβὰς ἀπὸ τῶν ὑπερηφάνων καὶ τυραννικῶν αὐχημάτων ἐκείνων σεαυτὸν ἐπὶ τὸ δημοτικὸν, ὦ πονηρὲ, καὶ ποίησον ἤδη ποτὲ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις ὅμοιον κτέ. Pro καταβάς sine dubio scribendum καταβίβασον.

2. Ibid. c. 47 init.: Τοιαῦτα διεξιόντος του Δεκίου κτέ. Legendum Λευκίου, uti apparet ex cap. 39. Est hic demagogus ille L. Iunius Brutus qui cap. 36 memoratus est. — Idem error autem recurrit c. 52 in verbis: ὃν Δέκιος ἐκρατύνατο, et nonnullis interpositis: εἰ μὴ ἄρα, ὦ Δέκιε, κτέ. c. 53 init. ἐπειρᾶτο λέγειν Δέκιος et sic saepius in hoc uno capite, c. 63 init.: ὁ Δέκιος ἐκεῖνος.

3. VIII, 36: (Coriolanus) ἦγεν ἐπὶ τὰς λοιπὰς τῶν Λα-

τίνων πόλεις, εἴτε κατ' ἀλήθειαν πεπυσμένος, ὅτι μέλλει τις ἐκεῖθεν ἐπικουρία Ῥωμαίοις ἀφικέσθαι (leg. ἀφίξεσθαι), ὡς τότε δημηγορῶν ἔφησεν· εἴτ' αὐτὸς πλασάμενος τὸν λόγον. Post ἔφησεν excidisse videtur ὁ Μινύκιος, cf. c. 26. verba Minucii: πολλὴ καὶ ἡ Λατίνων καὶ ἡ τῶν ἄλλων συμμάχων ἀποίκων τῆς πόλεως ἰσχὺς, ἣν ὀλίγου πᾶσαν ἐπίκουρον ἥξειν προσδέχου.

4. Ibid. c. 75: τί οὖν μαθόντες, ἃ τότε συνεχωρήσαμεν, νῦν ἀναθησόμεθα; legendum est παθόντες. Idem vitium complures adhuc locos contaminat, v. c. de Thucyd. iudic. c. 55, Aristophan. Plut. vs. 908 Dind., Isocrat. τραπεζιτ. § 26 p. 436 B. 363 St., Demosth. contra Aphob. § 20 p. 135 B. 850 R., in Stephan. I. p. 38 p. 351 B. 1113 R.

5. Excerpt. ex libr. XVIII c. 21: Εἰ δὲ μὴ τὸ πρεσβύτερον ἔχων ἀξίωμα, μηδὲ παρὰ τῶν πολεμίων τῆς πατρίδος, καὶ τυραννίδι τῶν σεαυτοῦ πολιτῶν ἐδωροδόκεις, ἀλλ' ἰδιώτης ὢν καὶ παρ' ἀνδρὸς συμμάχου καὶ ἐπὶ οὐδένι κακῷ τῆς πόλεως, κτέ. Hic Fabricius legatus ad Pyrrhum missus dona regis recusans fingit quid sibi cives obiicere possent, si ea acciperet. Pro τὸ πρεσβύτερον—ἀξίωμα autem reponendum est τὸ πρεσβευτικὸν κτέ.

6. De Compos. Verb. c. XVI: Φημὶ δὲ, τὸν βουλόμενον ἐργάσασθαι λέξιν καλὴν ἐν τῷ συντιθέναι τὰς φωνὰς, ὅσα καλλιλογίαν καὶ μεγαλοπρέπειαν ἢ σεμνότητα περιείληφεν ὀνόματα, εἰς τοῦτο συνάγειν. Legendum εἰς ταὐτὸ συνάγειν, quae notissima est dicendi formula. Praeterea suspicor, post Φημὶ δὲ, excidisse verbum δεῖν.

7. Art. Rhetor. X, 13: πάντων δὲ τούτων ἀγνοημάτων, τὸ μὴ ἐπίστασθαι, τί τὸ κεφάλαιόν ἐστι τοῦ προοιμίου, καὶ τίς ἡ τέχνη ἐστί. Post ἐπίστασθαι excidit vox αἴτιον.

8. Ibid. 14: ἁμάρτημα δὲ καὶ τὸ πανταχοῦ διηγεῖσθαι, μὴ ἐπιστάμενον, ὅτι ὅλη μὲν ἰδέα συμβουλευτικὴ διηγήσεως οὐ δεῖ-

ται· ἴσασι γὰρ οἱ βουλόμενοι, περὶ ὧν σκοποῦνται κτέ. Requiritur partic. βουλευόμενοι.

9. Epist. ad Cn. Pomp. c. 2, de Platone haec leguntur: ὅταν δ' εἰς τὴν περιττολογίαν καὶ τὸ κάλλιον εἰπεῖν· ὃ πολλάκις εἴωθε ποιεῖν· κτέ. Emendandum τὸ καλλιεπεῖν, sicuti in libro de admir. vi dicendi in Demosth. c. 5, ubi eadem verba eodem vitioso modo scripta reperiuntur.

10. De Dem. vi dic. c. 4 initium sic supplendum et corrigendum puto: [Ἡ μὲν οὖν Ἰσο]κράτους λέξις, ὅς μέγιστον ὄνομα ἐν τοῖς Ἕλλησιν [ἐκτήσατο] ἀγῶνα μὲν οὔτε ἴδιον οὔτε δημόσιον οὐδένα [πώποτε ἀγω]νισάμενος, (Tauchn. ἀγωνισαμένου), συγγραφὰς (Tauchn. γραφὰς) δὲ συνταξάμενος (Tauchn. συνταξαμένου) πολλὰς καὶ καλὰς κτέ. — Parva lacuna c. 11 hac ratione supplenda est: οὐκ εἰς ἀνάθημα καὶ κτῆμα κα[τασκευάζων] τὴν λέξιν, ὥσπερ ὁ συγγραφεύς, ἀλλὰ καὶ εἰς χρῆσιν.

11. In eodem libello absurdum vitium ter nobis recurrit, c. 18 in fin. οὐ τοσαύτην ποιούμενοι τῆς ἡδονῆς δόσιν, ὅσην τῆς ἀληθείας, c. 48: καὶ τοῦ πρέποντος, ὅσην οὐδεὶς τῶν περὶ λόγους σπουδαζόντων, ἐποιεῖτο δόσιν et c. 51: ἀλλ' ὥσπερ τῆς ἐν τοῖς νοήμασιν οἰκονομίας πολλὴν ἐποιεῖτο δόσιν, οὕτω κτέ. In omnibus istis locis vocab. δόσιν ortum esse videtur ex λόγον, quae quam facile inter se confundi potuerint, in aperto est. Semel autem hac corruptela exorta, correctores non defuerunt qui adiectivorum terminationes ad corrupti substantivi genus accommodarent.

XI.

1. Cicer. or. pro P. Quint. 6, 27: quod si facere nolit atque *imbiberit* eiusmodi rationibus illum ad suas conditiones perducere cet. legendum puto: *institerit.*

Ibid. 17, 55: Quid mihi, inquit, cum ista summa

sanctimonia ac diligentia? viderint, inquit, ista officia viri boni: de me autem ita considerent: non, quid habeam, sed quibus rebus invenerim quaerant: et quemadmodum natus, et quo pacto educatus sim, *memini.* — Pro ultima voce *meminerint* scribendum censeo.

2. Pro S. Rosc. Amer. 30, 85: Hunc quaesitorem ac iudicem fugiebant atque horrebant ii, quibus periculum creabatur; ideo quod, tametsi veritatis erat amicus, tamen natura non tam propensus ad misericordiam, quam *implicatus* ad severitatem videbatur.

Insolentia vocab. *implicatus* eiusmodi in structura Manutii iam coniecturam elicuit, qui voluit legere *inclinatus*, quod Schutz. recepit. Mihi vero placere fateor *applicatus*, quod propter ultimam praecedentis vocis literam, facile mutari poterat in *implicatus.*

3. In Verr. Act. II L. 1, c. 2 § 5: Accessi enim ad invidiam iudiciorum levandam, vituperationemque tollendam: ut, cum haec res pro voluntate populi Romani esset iudicata, aliqua ex parte mea diligentia constituta auctoritas iudiciorum videretur: postremo, ut esset hoc iudicatum, ut finis aliquando iudiciariae controversiae constitueretur. Etenim, sine dubio, iudices, in hac causa ea res in discrimen adducitur.

Varia sunt, in quae verba *postremo*, cet. legens offendi: ingrata coniunctionis *ut* post tam breve spatium repetitio: difficultas verba *ut esset hoc iudicatum* ita explicandi ut neque ineptae tautologiae neque obscuritatis auctor posset accusari. Accedit quod in sequentibus *ea res* nihil aliud indicare potest quam *iudiciorum auctoritatem.* Haec enim, non *iudiciaria controversia* in discrimen adduci potest. Sic vero molestum est, tam multis interpositis vocabula *auctor. iudicior.* et *ea res* a se disiuncta esse. Quapropter verba *postremo—consti-*

tueretur mihi secludenda videntur tanquam glossema.

Ibid. L. II, c. 66 § 160: quanta illuc multitudo, quanta vis hominum convenisse dicebatur tum, cum statuae sunt *illius* deiectae atque eversae?

Pro *illius* legendum puto *istius*, quo pronomine Cicero in causis adversarios solet designare. Eam habet vim ut personas praesentes tanquam digito monstret. Eodem modo ad eos qui in iudiciis adsint indicandos Graeci oratores adhibent pronom. *οὑτοσί*. Licet satis notum sit pronom. *ille* et *iste* discrimen, unum tamen locum adscribam e quo quam maxime perspicue agnoscatur: orat. nimirum pro Cn. Planc. in fine: quoniam *istis* vestris lacrymis de *illis* recordor, quas pro me saepe et multum (l. *multas*) profudistis. — Si hoc teneatur, nemo cum Ern. ad Herenn. IV, 52, 65, pro *immo iste quidem* ponere malit: immo quidem *ille*.

Ibid. III, c. 76 § 177: Ita serpit illud insitum in natura malum, consuetudine peccandi libera, finem ut audaciae statuere ipse non sibi possit.

Dici mihi videtur non posse *consuetudine libera*, quare pro eo libenter legerim *libere*, ita ut quam arctissime cum verbo *peccandi* copuletur.

4. Pro A. Cluentio 46, 129: et qui pretio adductus eripuerit patriam, fortunas, liberos civi innocenti, *is* censoriae severitatis nota non inuretur?

Scribendum arbitror *ei*, cf. I Catil. 6, 13: quae nota domesticae turpitudinis non inusta vitae tuae est?

5. III in L. Catil. 8, 20: neque res ulla, quae *ad placandum* deos pertineret, praetermissa est.

Eiusmodi gerundii cum accusativo structura, quam omnino improbat Madvig Gramm. Lat. § 413, haud scio tamen an hic servanda sit. Eandem sane, etsi non crebro, at hic illic tamen invenimus, v. c. Livii XLII, 5

ad *spernendum* originem; Sueton. in vita Tib. Claud. c. 26 ad *ducendum* uxorem, ubi cf. Oudendorp. qui laudat etiam Caes. B. G. III, 14: Fronton. III, 6: ubi ante legebatur: ad *liberandum* eorum rempublicam, pro quo tamen in Edit. R. Keuchen. Amstelod. 1661 editum est *liberandam*.

6. Pro L. Murena 4, 8: Nam cum praemia mihi tanta pro hac industria sint data, quanta antea nemini; labores, per quos ea ceperis, cum adeptus sis, deponere, esset hominis et astuti et ingrati.

Necessario secundae personae in verbis *ceperis-sis* substituenda videtur prima persona: *ceperim-sim*.

7. Pro Archia poëta 12, 31: quique est *eo* numero, qui semper apud omnes sancti sunt habiti atque dicti; cet. Pro *eo*, quod stare non potest, ne dubitemus reponere *eorum*, cuius ultima pars quam facile sequenti vocabulo absorberi posset, cuilibet perspicuum.

8. Ad Quirit. post Redit. 1, 1: sin—illam miseram profectionem vestrae salutis gratia suscepissem, ut, quod odium scelerati hominos et audaces in rempublicam et in omnes bonos conceptum iamdiu continerent, id in me uno potius, quam in optimo quoque, et in universa republica *deficeret*: cet. — Pro ultimo vocabulo legendum credo *defigerent*. Scelera ex odio orta cum *telis* comparantur, uti in orat. de Haruspic. Respons. 22, 47: haerent ea tela in re publica, quae quam diu haerebant in uno me, cet.

9. Pro L. Cornel. Balbo 21, 48: qua lege Saturnius C. Mario *tulerat*, ut in singulas colonias ternos cives Romanos facere posset, cet. — Vox *tulerat* non huius loci esse videtur: fortasse reponendum *tribuerat*, cf. 20, 47 extr.: quominus eorum civibus a populo Romano praemia virtutis *tribuerentur*.

Ibid. 28, 63: in praetura, in consulatu praefectum fabrum detulit.

Pro *praefectum* legerim *praefecturam.*

10. Pro T. Annio Milone 29, 78: Non timeo, iudices, ne odio inimicitiarum mearum inflammatus, libentius haec in illum evomere videar, quam verius: etenim etsi *praecipuum* esse debebat, tamen ita communis erat omnium ille hostis, ut in communi odio paene aequaliter versaretur odium meum.

Alterum sententiae membrum sic editum nihil significare potest: si vox *praecipuum* sumatur tanquam adiectivum, scire velim quonam id referendum sit: si tanquam adverbium, una tantum usitata forma est *praecipue*, neque quomodocunque verba torqueas, efficere poteris ut sensus oriatur perspicuus et cum reliquis apte cohaerens. Agnoscendum igitur, vocem *praecipuum* esse corruptam. Hoc autem cum satis constare videatur, si quis diligenter consideraverit, quid sententia necessario requirat, facile credo mihi assentietur, scribendum esse: etenim etsi *praecipue meus* esse debebat, tamen ita communis erat omnium ille hostis cet., qua ratione et sententia fiet perspicua et oppositionis vis quam maxime elucebit.

11. Pro M. Marcello 2, 4: Nullius tantum est flümen ingenii, cet. — *Flumen ingenii* insolens est dictio, quapropter legerim: *acumen* ingenii, qua dicendi ratione Cicero utitur quam frequentissime.

Ibid. 8, 25: tantum abes a perfectione maximorum operum, ut fundamenta, quae cogitas, nondum ieceris.

Verba *quae cogitas* mihi pendere videntur a pronom. *eorum*, quod cum propter similitudinem cum postrema vocis *operum* parte facile excidere potuere, reponendum arbitror.

12. VIII. Philipp. 10, 30: Nam illud quidem non adducor, ut credam, esse quosdam, qui invideant alicuius constantiae, qui labori, eius perpetuam in republ. adiuvanda voluntatem et a Senatu et a P. R. probari moleste ferant.

Miror fuisse qui sibi persuaderent haec sic scripsisse Ciceronem. Asyndeton illud *eius perpetuam* cet. omnino non ferendum videtur. Tum alterum *qui* satis dure uni voci *labori* praepositum est, quod Gracchorum et Catonum priscorum horridae dicendi rationi potius quam Ciceronis eleganti compositioni convenire videtur. Fortasse pro *constantiae*, *qui* labori, eius cet. legendum est: *constantiae atque* labori, *quique* eius cet.

13. XI. Philipp. 1, 2: Ecce tibi geminum in scelere par, *inusitatum;* inauditum, cet.

Cum Graevio scribendum *invisitatum.* Idem vitium adhuc contaminat de Fin. III, 4: 15, de Div. I, 42: 93, II, 22: 49, 67: 138, de Offic. III, 9: 38, Livii Epitom. libri XIII. — Recte vero editum est Liv. IV: 33, V: 17, 35, 37, 45, XXVII: 39, XLV: 42 (ed. Tauchn.). — Ex compluribus horum locorum apparet, adiectiva *inauditus* et *invisitatus* saepissime simul componi. De scriptura *visitatus* et *invisitatus* conferri etiam potest J. F. Gronov. ad Plauti Pseud. II, 4: 37 in Lection. Plaut. Amstel. 1740. 8°. p. 258. § XII.

14. XIV Philipp. 13, 34: Atque utinam his omnibus abstergere fletum sententiis nostris consultisque possemus, vel aliqua talis his publice adhiberi posset *oratio*, qua deponerent maerorem atque luctum cet.

Vocab. *oratio* corruptum esse nemo credo erit quin sentiat. Burmann. Secund. legere voluit *consolatio*, quod tamen haud ita facile in *oratio* corrumpi potuisset. Mihi autem in mentem venit, num fortasse auctor scripse-

rit *curatio.* Primo loco haec vox facillime in *oratio* potuit abire. Deinde verbo *adhiberi* egregie convenit, cf. de Nat. Deor. I, 34: 95: omnis cultus et *curatio* corporis erit *adhibenda*, III Tusc. 2, 4 in fine: (scilic. animi perturbationibus) nullane est *adhibenda curatio?* de Offic. I, 24: 83: Quapropter in adeundis periculis consuetudo imitanda medicorum est, qui leviter aegrotantes leniter curant; gravioribus autem morbis periculosas *curationes* et ancipites *adhibere* coguntur. — Quibus locis nobis simul perspicuum fit, utramque vocem medicinae praesertim propriam esse atque hinc etiam per translationem usurpari, ubi de animi perturbationibus tanquam morbis sermo sit. Sic verbum, sed cum alio substantivo copulatum, reperimus III Tusc. 22, 54: Tanta igitur calamitatis praesentis *adhibetur* a philosopho medicina, cet. Ibid. IV, c. 27, 58: videamus, quanta sint, quae a philosophia remedia morbis animorum *adhibeantur.* — Substantivum vero cum alio verbo iunctum III Tusc. 31, 76: erat enim in tumore animus, et omnis in eo tentabatur *curatio;* IV, 27: 59: Earum igitur perturbationum, quas exposui variae sunt *curationes.* — In iis autem, quae ibi mox sequuntur: est etiam in omnibus quatuor perturbationibus illa distinctio: utrum ad universam perturbationem, quae est aspernatio rationis, aut appetitus vehementior, an an singulas, ut ad metum, libidinem, reliquasque melius adhibeatur *oratio;* cet. mihi similiter legendum videtur *curatio;* uti etiam 29, 62: eadem sit omnibus ad deterrendum adhibenda *oratio*, legendum puto *curatio:* neque aliter 28, 60: illa autem altera ratio et *oratio* (l. *curatio*) — est ea quidem subtilior, sed raro proficit, neque ad vulgus *adhibenda.* Cf. quae § 60 continuo sequuntur: Quaedam autem sunt aegritudines, quas levare illa

medicina nullo modo possit: ut si quis aegre ferat, nihil in se esse virtutis, nihil animi, nihil officii, nihil honestatis: propter mala is quidem angatur, sed alia quaedam sit ad eum admovenda *curatio*. Recte autem ib. 10, 24 editum est: nam cum est concupita pecunia, nec adhibita continuo *ratio*, quasi quaedam Socratica medicina, quae sanaret eam cupiditatem. Ibi enim vox propria non translata requiritur, ut docent adiuncta: *quasi—medicina*. Notum autem est animi perturbationes iam ab antiquis philosophis cum corporis morbis esse comparatas: Stoicos vero atque inprimis Chrysippum in hac comparatione multos fuisse, docet Cicero § 23. l. l.

XII.

1. Cicer. de Invent. L. I, 11, 16: In quarta constitutione, quam translativam nominamus, eius *constitutionis* est controversia, cum cet.

Suspicor, Ciceronem scripsisse: eius*modi* est controv., librarium autem oculis ad priora aberrantibus illi substituisse vocem *constitutionis*.

2. Ibid. 27, 40: Occasio autem est pars temporis habens in se alicuius rei idoneam faciendi aut non faciendi opportunitatem. Quare cum tempore hoc differt: nam genere quidem utrumque idem esse intelligitur, verum in tempore spatium *quodammodo* declaratur, quod in annis aut in anno aut in aliqua anni parte spectatur; in occasione ad spatium temporis faciendi quaedam opportunitas intelligitur adiuncta.

Pro *quodam* legendum puto *quoddam*, vocem autem *modo* adverbii loco accipiendam, uti v. c. 45: 83, lib. II, 23: 69, 58: 175.

3. Ibid. 41, 76: Id ut perspiciatur, aut scribamus aut

in quolibet exemplo de iis, quae proposita sunt, hoc idem exerceamus, † ut quam facile factu sit.

Sic Orell. in altera Cicer. Opp. editione. Alii codices omittunt *ut*, in fine vero adiiciunt *periclitari*. Lambin. delevit *ut—sit*. Omnia haec: *Id—sit* seclusit Schutz. Proxime autem a vero abesse nos puto, si scribamus: hoc idem *experiamur*, quam facile factu sit.

4. Ibid. 55, 107: Secundus, qui in tempora *tribuitur*, cet. Bx codicibus reponendum *distribuitur*, uti recte 37, 66 edid. Orell. *distribuerunt* pro *tribuerunt*, et lib. II, 9, 31: in tria tempora *dis*tributa.

5. Lib. II, 3, 10: Quare nos quidem sine ulla affirmatione *simul* quaerentes dubitanter unum quodque dicemus, cet. Vox *simul* nihil hic significare potest: non dubito quin corrigendum sit *sicut*.

6. Ibid. 5, 18, alicuius retinendi, augendi adipiscendive commodi ant contra reiiciendi, deminuendi *devitandive* incommodi causa.

Verisimile mihi videtur, auctorem scripsisse *vitandive* vd. finem huius §: maioris *vitandi* incommodi.

7. Ibid. 28, 83: Defensor autem, quae per alias constitutiones inducentur, ex iis locis, qui traditi sunt, infirmabit; ipsam autem relationem comprobabit, primum augendo eius, in quem referet crimen, culpam et audaciam, et quam maxime per indignationem, si res feret, iuncta conquestione ante oculos ponendo. Postea levius demonstrando *reum se* punitum, quam sit ille promeritus, et suum supplicium cum illius iniuria conferendo.

Quod ad varietatem lectionis in hisce postremis attinet, alii exhibent *reum—se*, alii *se reum*, alii alterutrum vocabulum omittunt, alii denique scribunt *a se reum*. Qui autem alterutram vocem omittunt aut praepositionem *a* addunt manifesto corrupta corrigere voluerunt,

eo in errorem ducti, ut bene vidit Orell., quod ignorabant verbum *puniri* a Cicerone passim tanquam deponens usurpari, qua de re cf. 22, 66: et per quam *peccata punimur*, ubi id quod in quibusdam codicibus legitur *punimus* sine dubio ex correctione ortum est, neque etiam propter ea, quae praecedant, ibi stare posset *puniuntur*; tum 27, 80: id peccatum, *quod* sponte sua reus *punitus sit*; pro T. Annio Milone 13, 33: Quid? tu me iratum, Sexte, putas tibi, cuius tu *inimicissimum* multo crudelius etiam *punitus es*, quam erat humanitatis meae postulare? VII Philipp. 2, 7: ut clarissimorum hominum crudelissimam *puniretur necem*.

Verba autem, uti nunc apud Orell. exhibentur, nihil profecto significant: levissima autem usi medicina locum credo restituemus quemadmodum Cicero eum scripsit, nimirum si pro *reum se* legimus *reum eum esse* punitum, cet. Haud opus est ostendere quam facile literas quas addendas puto excidere potuerint: aut qua ratione semel corrupta verba ansam dederint iis correctorum inanibus coniecturis, quae veram lectionem tantum non prorsus obliteraverint.

8. Ibid. 41, 121: Quare hoc genere magno opere talibus in causis uti oportebit: si hoc modo scripsisset, isto verbo usus non esset, non isto loco verbum istud collocasset.

Suspicor, post verba *si hoc*, quaedam hic excidisse, e. g.: si hoc *voluisset*, *non isto* modo scripsisset, cet. cf. quae paullo post sequuntur: Deinde quo tempore scriptum sit, quaerendum est, ut, quid eum *voluisse* in eiusmodi tempore verisimile sit, intelligitur (*leg.* intelligatur).

9. Ibid. 54, 164: modestia (est), per quam pudor honesti *curam* et stabilem comparat auctoritatem.

Alii codices *caram*, alii *claram*, quae ἐπίθετα v. *auctoritas*, ut recte observat Orell., parum apta videntur. Sed

et nomen *curam* ab hoc loco alienum esse quis non videat? Equidem legerim: *certam.* Praeterea haud scio an pro *honesti* reponendum sit *honestati.*

10. Ibid. 55, 166: amicitia, voluntas erga aliquem rerum bonarum illius ipsius causa, quem diligit, cum pari voluntate.

Post *aliquem* particul. *cum*, ante *illius* voculam *tum* excidisse arbitror.

XIII.

1. Cic. de Orat. Lib. I, 42, 187: Omnia fere, quae sunt conclusa nunc artibus, dispersa et dissipata quondam fuerunt; ut in musicis numeri et voces et modi cet. —; in hac denique ipsa ratione dicendi excogitare, ornare, disponere, meminisse, agere *ignota* quondam omnibus et diffusa late videbantur.

Pro corrupta voce *ignota* Schutzius coniecit *infinita,* probante Madvigio; idem deinde *incondita.* Clariss. Bakius legendum censuit (Scholic. Hypomnem. Vol. II, p. 94 sq.): *ignorata* quondam *hominibus.* Venia mihi sit, si a tantis viris dissentiens meam libere profero opinionem. Attendenti enim ad priora illa *dispersa et dissipata* et ad sequentia *diffusa late* in mentem mihi venit, legendum esse *seiuncta.*

2. Ibid. 51, 220: Quis, cum ceteros animorum motus aut iudicibus aut populo dicendo *miscere* atque agitare vellet, ea dixit, quae a philosophis dici solent?

Pro verbo *miscere*, cui hic locum nullum esse credo, legerim, *iniicere*, quod in talibus sexcenties reperitur.

3. Lib. II, 11, 47: Quia nolo, inquit, omnia, quae cadunt aliquando in oratorem, quamvis exigua sint, ea sic tractare, quasi nihil possit dici sine praeceptis *suis.*

Pronomen *suis*, cum nullum praecedat nomen ad quod apte referatur, corruptum puto. Fortasse legendum *usu.*

4. Ibid. 15, 66: Si enim est *orationis*, quaecunque res infinite posita sit, de ea posse dicere, dicendum erit ei, quanta sit solis magnitudo, etc.

Necessario, ut opinor, requiritur *oratoris.* Illa enim *dicendi potestas* huic tantum, non *orationi* tribui potest. Cf. etiam initium § 65: Atque in hoc genere illa quoque est infinita silva: quodque *oratori* plerique—duo genera ad dicendum dederunt: etc.

5. Ibid. 16, 69: neque est omnino ars ulla, in qua omnia, quae illa arte effici possunt, a doctore tradantur; sed qui primarum et certarum rerum genera ipsa didicerunt, reliqua non incommode *persequuntur.*

Cod. B. et vetus Romana editio verba *non incommode* omittunt; idem codex deinde exhibet *persequantur*, quae scriptura ex praecedente coniunctivo *tradantur* fluxit. Miror autem, Viros Doctos in hoc ipso verbo *persequuntur* vitium latuisse, quod levi sane opera tolli posset. Manifesto inter se opponuntur verba *didicerunt* et *persequuntur.* Ad hanc vero oppositionem in luce collocandam, necessario requiri mihi videntur verba *per se*, quae non dubito quin in voce *persequuntur* lateant. Scribendum igitur puto: reliqua non incommode *per se assequuntur.*

6. Ibid. 33, 142: in quo etiam isti nos iurisconsulti impediunt a discendoque deterrent. Video enim in Catonis et Bruti libris nominatim fere referri, quid alicui de iure viro aut mulieri responderint; credo, ut putaremus in hominibus, non in re, consultationis aut dubitationis causam aliquam fuisse; ut, quod homines innumerabiles essent, *debilitati a iure cognoscendo* voluntatem discendi simul cum spe perdiscendi abiiceremus.

Clariss. Bakius (Schol. Hypomn. Vol. II, p. 157 squ.) legendum coniecit: *debilitati numero*, Orellius autem in altera Ciceronis operum editione verba *a iure* tanquam insiticia delere vult quo facto omnia optime cohaerere contendit. Mihi vero inprimis vox *debilitati* ex antecedente *innumerabiles* corruptelam contraxisse videtur, quae ut fieri solet deinde latius serpsit. Scribendum puto *difficultate mature cognoscenda.*

7. Ibid. 41, 174: Ut enim si aurum cui, quod esset multifariam defossum, commonstrare vellem, satis esse deberet, si signa et notas ostenderem locorum, quibus cognitis ipse sibi foderet et id, quod vellet, parvulo labore, nullo errore inveniret: sic has ego argumentorum notas quaerenti demonstravi, ubi sint; reliqua cura et cogitatione eruuntur.

Primum corrigendum puto *eruentur.* Deinde vero haud parva est in antecedentibus librorum dissensio, quam notavit Orellius. Hoc modo pro meo consilio loci allati explicandi memorare volo, aliis in libris *volui*, in aliis *erui*, in aliis denique *novi* voci *notas* praemitti, de qua lectionis varietate sic iudicat Orellius: omnia ex interpolationibus. Alii autem editores aliam scripturam praetulerunt. Mihi vero, ut omnes istas lectiones corruptas puto, sic temere pronuntiasse videtur Orellius: veram enim lectionem latere credo in voce *volui*, quam Ellendt. in compluribus libris repertam perperam servavit, quamque corruptam censeo ex particula *veluti.* Haec autem indicat translationem, qua *notae*, quae proprie corporibus tantum inesse possunt, *argumentis* tribuuntur.

8. Ibid. 61, 250: ex ambiguo *dicta* vel argutissima putantur, cet.

Legendum *ducta.* Cf. § 249: hoc ridiculum est et utrumque ex eo, quod in claudicatione animadverti po-

tuit est *ductum*; § 248: locos—unde ridicula *ducantur*; § 146: locos, ex quibus omnia ad omnem orationem inventa ducuntur.

9. Lib. III, 6, 24: Sed quoniam oppressi iam sumus opinionibus non modo vulgi verum etiam hominum leviter eruditorum, qui, quae complecti tota nequeunt, haec facilius divulsa et quasi discerpta contrectant, et qui tanquam ab animo corpus, sic a sententiis verba seiungunt, quorum sine *interitu* fieri neutrum potest, non suscipiam oratione mea plus, quam mihi imponitur.

Corrupta voce *interitu* contrarium significatur eius quod totius loci sententia et mens auctoris requirit. Equidem nullus dubito, quin legendum sit *interventu*. Pronomen autem *quorum* vix opus est ut moneam referendum esse ad *verba* et *corpus*, *neutrum* autem ad *animum* et *sententias*.

10. Ibid. 10, 38: Linquamus igitur haec, quae cognitionem habent facilem, usum necessarium. Nam alterum traditur litteris doctrinaque puerili; alterum adhibetur ob eam causam, ut intelligatur, quid quisque dicat, quod videmus ita esse necessarium, ut tamen eo *minus* nihil esse possit.

Nemo, opinor, admonitus dubitabit quin pro *minus* quod nihili est, scribendum sit *minutius*.

11. Ibid. § 39: Neque tamen erit utendum verbis iis, quibus iam consuetudo nostra non utitur, nisi quando ornandi causa parce, † *quod* ostendam; cet.

Legendum coniicio · *id quod postea* ostendam; cet. De priscorum verborum usu ad orationem ornandam agit c. 38, § 153.

12. Ibid. 21, 79: Hic noster vulgaris orator, si minus erit doctus, attamen in dicendo exercitatus, hac ip-

sa exercitatione communi istos quidem [*nostros*] verberabit neque se ab iis contemni ac despici sinet.

Vocem *nostros* seclusit post Ernestium Orellius, delevit post Schutzium Ellendtius. Quum vero haud ita facile ratio dari possit quomodo in hunc locum inserta sit, potius leviori adhibita medicina legerim: istos quidem *magistros*. Cf. 31, 125: —nae ille haud sane, quemadmodum verba struat et illuminet, a *magistris istis* requiret.

13. Ibid. 37, 150: — sed in hoc verborum genere *propriorum* delectus est habendus quidam, cet.

Vocabulum *propriorum* eiiciendum censeo, imprimis cum paullo ante eadem § praecesserit: In propriis igitur est verbis illa laus oratoris, cet.

XIV.

1. Rhetoric. ad Herenn. lib. II, 10, 15: Infirma enim erit eius defensio, qui negabit se fecisse, quod cogeretur, cum altera lex permitteret; plus enim valet sanctio permissione.

Pro *cogeretur* legendum suspicor *cogeret altera.*

2. Ibid. 11, 16: nec esse ambigue scriptum, cum intelligatur, *utrum* sententia vera sit.

Alii *utro*, quod nihili est. Non dubito quin vera sit scriptura: *utrius.*

Mox sequuntur haec: Omnes enim illi amphibolias aucupantur, eas etiam, quae ex altera parte sententiam nullam possunt *interpretari.*

Verba haec cum manifecto corrupta sint: Lambin. coniecit legendum esse: *in* sent. null. poss. *interpretari*, ita ut ultima vox passiva accipiatur notione, quam coniecturam recepit Schutz. Verum enimvero, quamquam participium *interpretatus* passive a Cicerone interdum

usurpari constat, verbo ipsi tamen dubito an unquam aliam vim quam activam tribuerit. Deinde etiam haud satis idonea ratio nobis datur, quomodo in eiusmodi frequentissima dictione praepositio a librariis omitti potuerit. Mihi autem ultimum modo vocabulum corrigendum videtur *praestare*. Postremas praecedentis vocis *possunt* literas facillime corruptelae ansam dare potuisse, quis est qui non videat?

3. Ibid. 15, 22: et ab adversariis percontabitur accusator, quid futurum sit, si idem ceteri faciant, *ut de indemnatis supplicia sumant*, quod eos *idem* fecisse dicat. Quid, si ipse accusator idem facere voluisset?

Verba *ut—sumant* mihi interpretamentum videntur vocis *idem*. Simul autem alterum *idem* delendum censeo, quod ex librariorum errore ortum sit. Cf. Cicer. de Invent. II, 27, 81 extrem.: si vero ceteri quoque idem faciant, omnino iudicium nullum futurum.

4. Ibid. 17, 26: Si causa in hominem conferetur, quaerendum erit primum, potueritne tantum, quantum reus demonstrabit, is, in quem causa conferetur, et quonam modo aut honeste aut sine periculo potuerit obsistere; si maxime ita sit, cet.

Et perspicuitas et concinnitas mihi postulare videntur, ut addatur *reus*, quod post *obsistere* propter literarum similitudinem a librariis omissum est.

5. Ibid. 22, 34: Omnium malorum stultitia est mater, quae prae ceteris parit immensas cupiditates. Immensae porro cupiditates infinitae [et] immoderatae sunt. Hae pariunt avaritiam.

Coniunctionem, *et* quam plurimi codices omiserunt, seclusit Orellius. Equidem verba: *infinitae —. Hae* tanquam ex glossemate voci *immensae* adscripto orta eiicienda credo.

6. Ibid. 27, 43: Item considerandum est, ne aliud accusatoris criminatio contineat, aliud defensoris *ratio* purget; quod saepe consulto multi *ab reo* faciunt, angustiis causae coacti; cet. Pro *ratio* legerim *oratio*, cf. quae in fine huius § sequuntur: Hoc si diligenter in oratione adversariorum observaverimus, cet. — Tum vocabula *ab reo* corrupta esse non possum quin iudicem cum tota haec disputatio versetur in docendo, quid defensori faciendum aut cavendum sit, non actori. Fortasse scripsit auctor *adeo.*

7. Ibid. 31, 50: Misericordia commovebitur auditoribus, si *variam* fortunarum commutationem dicemus; si ostendemus, in quibus commodis fuerimus quibusque incommodis simus, *comparatione.*

Pro *variam* legerim *variarum*; deinde ante *incommodis* restituendum puto praepositionem *in;* denique pro *comparatione* fortasse rescribendum *iis comparabimus.*

8. Lib. III, 2, 3: Dolus consumitur in pecunia, pollicitatione, dissimulatione, maturatione, *mentione* et ceteris rebus cet.

Pro *mentione*, quod huius loci esse mihi persuadere non possum, legerim *retentione.*

Ibid. 3, 5: nullius pro *rei* veritate metuere inimicitias; cet. Voce *rei* facile credo carebimus.

9. Ibid. 5, 9: Qui tutae *rei* praeponet *rationem* honestam, his locis utetur: Virtutem nullo tempore relinquendam; vel dolorem, si is timeatur, vel mortem, si ea formidetur, dedecore et infamia leviorem esse; *considerare*, quae sit turpitudo consecutura, at non immortalitatem neque aeternam incolumitatem consequi, nec esse exploratum illo vitato periculo nullum in aliud periculum venturos; cet.

Prima sic legenda censeo: Qui tutae *rationi* praepo-

net honestam, cet. vd. init. cap. 5, 8: Sed si acciderit, ut in consulatione alteri ab tuta ratione, alteri ab honesta sententia sit. — Similiter probanda est Schutz. coniectura, qui de Inv. II, 48, 143 pro verbis: Quacunque autem *in re*, correxit: Quacunque autem *ratione*. Praeterea difficultas est in verbo *considerare*. Schutz. hoc stare non posse perspiciens Graevio auctore scripsit: *considerandum*, sed si haec lectio continuo sequentibus: *quae sit turpitudo consecutura* satis convenire videtur, cum reliquis: *at non* cet. minime conciliari potest. Neque Orellii coniectura, qui infinitivo *considerare* pronomen *se* adiunxit, cuiquam accuratius sententiam perscrutanti satisfaciet. Si post tantos viros mihi licet libere enuntiare quod mihi in mentem venit, locum istum expeditum credo futurum, si pro voce *considerare*, quae dubitari nequit quin corrupta sit, legemus: *constare*.

10. Ibid. 7, 13: Sed exponere oportebit animi virtutes aut vitia; deinde commoda aut incommoda corporis aut rerum externarum, quomodo ab animo tractata sint, demonstrare.

Post *sed* excidisse puto *primum*, quod adverbium a sententia postulari videtur.

11. Ibid. 14: deinde transire oportet ad corporis commoda. A natura: in laude, si sit dignitas atque forma, laudi fuisse eam, non, quemadmodum ceteris, detrimento atque dedecori; si vires atque velocitas egregia, honestis haec exercitationibus et industriis dicemus comparata; si valetudo, perpetua diligentia et temperantia cupiditatum; in vituperatione, si erunt haec corporis commoda, male his usum dicemus, quae casu et natura tamquam quilibet gladiator habuerit; si non erunt, *praeter formam omnia ipsius culpa et intemperantia fugisse* dicemus.

Sic ex Cod. R. postrema Orellius edidit; locum tamen sanum non esse apparet ex verbis *praeter formam*, quae si hanc lectionem tuemur nullam idoneam praebent explicationem. Nam cum auctor dixit: *si non erunt*, corporis intellexit omnia illa commoda, quae supra enumeraverat; neque ulla potest dari ratio, quare hic *formam* data opera exciperet. Quam unus Turicensis codex praebet, lectio *accidisse*, uti ea quam codex Bamberg. et Ernestius habent. *non fuisse* non est quod dubitemus quin plerorumque librorum scripturae *fuisse* a correctoribus quibusdam substitutae sint. Istam autem veram habeo sed contra levissima immutatione pro *culpa* et *temperantia* legendum puto genitivos, atque locum igitur sic constituendum: si non erunt, praeter formam, omnia ipsius *culpae* et *intemperantiae fuisse*. Hac correctione sententia, nisi fallor, exoritur perspicua et apta: si omnia corporis commoda, utpote dignitas, forma, vires, velocitas, valetudo adversario, quem vituperare volumus, deerunt: formae quidem eius turpis nonnisi natura accusari poterit, reliqua vero omnia corporis commoda quod desint aut incommoda quod adsint ipsius culpae et intemperantiae fuisse merito dicemus.

12. Ibid. 24, 39: Quare, cum sit utile facile meminisse, non te *fallit*, quod tanto opere utile sit, quanto labore sit appetendum.

Glossema: *cum—meminisse* expungendum est. Deinde pro *fallit* legendum censeo *fallet*.

13. Lib. IV, 3, 5: Quid enim tibi vis? aliquis inquiet. Artem *tuam* scribis, gignis novas nobis praeceptiones, eas ipse confirmare non potes, ab aliis exempla sumis.

Pro inepto *tuam* scribatur *tu novam*. Sponte patet, qua ratione literae *nov* interierint.

Ad ea autem, quae mox sequuntur: Nam si eorum volumina prehenderint antiqui oratores et poëtae et suum quisque de libris sustulerit, nihil istis, quod *suum* velint, relinquetur, Orellius annotavit: Locus corruptus. Mihi vero omnia sana videntur, nisi quod pro altero *suum* legendum putem *salvum.* Loquendi formula: *salvum velle aliquem aut aliquid*, quae huic sententiae admodum apta est, notior est, quam ut eam exemplis confirmare opus sit. Adscribam tantum hos locos: Cic. de Invent. II, 35: 107 *qui se salvum velint*, pro Milone 19, 50: *quem esse omnes salvum, etiam confitentem, volunt.*, de Oratore II: 44, 185: *ut—salvum velint.*

14. Ibid. 5, 8: Deinde, siquis velit artem demonstrare nihil prodesse ad discendum, non male utatur hoc *adiumento*: quod unus omnes artis partes consequi nemo potuerit.

Legendum mihi videtur: *argumento.*

15. Ibid. 31, 42: Postquam iste in rem publicam fecit impetum, fragor civitatis *imprimis* est auditus.

Nihil hic significat *imprimis*: legendum coniicio *in provinciis*, quae quum fortasse per compendium scripta essent ansam dare potuerunt corruptae lectioni.

16. Ibid. 41, 53: Nam unum aliquid aut alterum potest in istum casu cecidisse suspiciose; ut omnia inter se a primo ad postremum conveniant [maleficia], necesse est casu non posse fieri.

Miror Viros Doctos fugisse, sententiam in hisce postremis claudicare. Quis quacunque unquam in gente sic locutus est: *necesse est — non posse?* — Attentius autem considerans quid totius loci sensus necessario postulet, non dubito quin post *fieri* exciderit verbum *confiteri*, quo restituto locum credo sanum omnino aptamque disputationi sententiam habebimus.

17. Ibid. 44, 57: Sapiens nullum pro republica periculum vitabit, ideo quod saepe *fit*, *ut*, *cum* pro republica perire noluerit, *necessario* cum republica pereat.

Alii libri exhibent *saepe cum*, Turicensis *saepe qui cum*, complures *necesse erit*. Unde scriptura, quam laudavimus, depromta sit, non indicat in altera Ciceron. Opp. editione Orellius, qui ad h. l. annotat: Haud inepte igitur sic scriberetur: quod saepe, qui pro rep. perire noluerit, necesse erit cum cet. — Fortasse propius etiam a vera scriptura aberit, si legimus: quod saepe *quicumque* pro rep. perire noluerit, necesse erit cet.

Mox ibidem sequitur: At, qui patriae pericula suo periculo *expetunt*, hi sapientes putandi sunt, cet.

Pro *expetunl* malim legere *expellunt*.

Paucis autem interpositis, haec leguntur: Itaque uti *contemnendus* est, qui in *navigio* se quam navim mavult incolumem, ita vituperandus, qui in reipublicae discrimine suae plus quam communi saluti consulit. Navi enim fracta, multi incolumes evaserunt; ex naufragio patriae salvus nemo potest enatare.

Pro *navigio* necessario requiritur *naufragio* quod opponatur illis: in reipubl. discrimine. Frequentissime autem reipublicae discrimen a Cicerone cum naufragio comparatur, imo per translationem ipsum naufragii nomine designatur, e. g. pro Domo 50: 129, 53: 137, pro P. Sextio 6: 15, in L. Pison. 4: 9, de Provinc. Consular. 4: 7.

Quis autem mentis compos scripserit, *contemnendum* esse qui se quam navim incolumem malit? Imo vero restituenda est negandi particula *non* ita ut pro *contemnendus* legatur: *non condemnandus* aut *non damnandus*, nam utrumvis aptius videtur, si cum voce mox sequen-

te *vituperandus* contendimus, quam participium verbi *contemnere*.

18. Ibid. 45, 58: Vos vestris fortunis diffiditis, iste *solus* suis eo magis confidit.

Pro voce *solus*, quae hinc aliena est, legerim *consiliis*, quod vocabulum saepissime *fortunae* opponitur.

Ibid. continuo sequitur: Inter haec duo contentionum genera hoc interest: illud ex verbis *celeriter* relatis constat; hic sententiae contrariae ex comparatione referantur oportet.

Celeriter nihil hic significat nec dubitari potest quin legendum sit: ex verbis *contrarie* relatis, cf. paullo ante: Contentio est, per quam *contraria referuntur*, et 15: 21: Contentio est, cum ex *contrariis verbis* aut rebus oratio conficitur, cet., de Orat. II, 65, 263: ornant igitur imprimis orationem *verba relata contrarie*.

19. Ibid. 54, 67: Noli, Saturnine, nimium populi *reverentia* fretus esse: inulti iacent Gracchi.

Sic plerosque libros secutus edidit Orellius: unus codex et Ernestius exhibent *frequentia*. Fortasse auctor scripsit *perseverantia*.

XV.

1. T. Livii II, 12: C. Mucius, adolescens nobilis, cui indignum videbatur, populum Romanum servientem, *quum sub regibus esset*, nullo bello nec ab hostibus ullis obsessum esse: liberum eundem populum ab iisdem Etruscis obsideri, quorum saepe exercitus fuderit.

Verba *quum—esset* interpretamentum duco vocis *servientem;* deinde post *nullo bello* excidisse mihi videtur *petitum*.

In iis quae mox ibid. sequuntur: Ibi quum stipendium forte militibus daretur, et scriba, cum rege sedens pari

fere ornatu, multa ageret, *eum milites vulgo adirent*, cet. verba postrema *eum—adirent* glossema credo, quod e margine irrepsit.

2. Lib. III, 50: Sibi vitam filiae *suae* cariorem fuisse, si liberae ac pudicae vivere licitum fuisset.

Verba sunt Virginii quae ad commilitones fecisse fertur. Pronomen *suae* nomini *filiae* adiunctum abundat. Mox omittitur in his: Nec se superstitem filiae futurum fuisse, cet.; et paullo post: filiam—miseram, sed honestam, mortem occubuisse; deinde: quo vindicaverit filiae (nempe corpus). Etsi additum legitur in istis: nec cum filia *sua* libidinem App. Claudii exstinctam esse, hoc non sine propria quadam vi ibi positum est. Nimirum Virginius *suam* filiam reliquorum Romanorum filiabus opponit, ut apparet ex iis, quae continuo praecedunt: Illis quoque enim filias, sorores, coniugesque esse. Horum ratione habita legerim: *sua*, quo scripto etiam comparativus *cariorem* maiorem vim nanciscitur atque universa sententia plus nervorum adsciscit.

Ibid.: Decemviri simul his, quae videbant, simul his quae acta Romae audierant, perturbati, alius in aliam partem castrorum, ad sedandos motus discurrunt: *et* leniter agentibus responsum non redditum: imperium si quis inhiberet, et viros et armatos se esse, respondetur.

Pro *et* requiri videtur adversandi particula *sed.*

3. Ibid. 67: Tribunos plebis creare iterum voluistis: creastis. Consules facere vestrarum partium, etsi Patribus videbamus iniquum, patricium quoque magistratum plebi donum fieri vidimus.

Corrigatur *videbatur*.

4. Lib. V, 11 init.: Fors ita tulit, ut eo anno tribunus plebis Cn. Trebonius esset, qui nomini ac familiae debitum praestare videretur Treboniae legis patrocinium.

Is, quod petissent patres *quidam*, primo incepto repulsi, tamen tribunos militum expugnasse, vociferans, cet.

Pro *quidam*, quod non huius loci esse videtur, legerim *quidem* et ante *tamen* addiderim pronomen *id*.

5. Lib. XXII, 25: Itaque, hercule, non Samnium modo, quo iam, tanquam trans Iberum agrum, Poenis concessum sit, *et* Campanum, Calenumque, et Falernum agros pervastatos esse, sedente Casilini dictatore, et legionibus populi Romani agrum suum tutante.

Post *non—modo* requiritur particula quae oppositionem designet: quare pro *et* scribendum puto *sed*.

6. Lib. XXVI, init. c. 18: Et Romae senatui populoque, post receptam Capuam, non Italiae iam maior, quam Hispaniae cura erat; et exercitum augeri et imperatorem mitti placebat: nec *tamen*, quem mitterent, satis constabat, quam illud, ubi duo summi imperatores intra dies triginta cecidissent, qui in locum duorum succederet, extraordinaria cura deligendum esse.

Pro *tamen* mox sequens particula *quam* flagitat ut legatur *tam*.

7. Lib. XXX, 36: Decem legati erant principes civitatis, auctore Hannibale missi ad petendam pacem. Qui quum ad puppim praetoriae navis accessissent, velamenta supplicum porrigentes, orantes implorantesque fidem et misericordiam Scipionis; nullum iis aliud responsum datum, quam ut Tunetem *veniret*: eo se moturum castra.

Sensus docet pro *veniret* corrigendum esse *venirent*.

8. Lib. XXXII, 21: ne *sint* cum Philippo res.

Emendandum: ne *sit* cet. Notissima est locutio, cf. l. XXXV, c. 35: Non cum Philippo rem esse; c. 48 Itaque non cum Philippo—rem futuram.

9. Ibid. init. c. 37: Ut ventum Romam est, prius so-

ciorum legati, quam regis, auditi sunt. *Cetera* eorum oratio conviciis regis consumpta est.

Pro *cetera*, quod stare non potest, legerim: *Ceterum*, a qua voce Livius sexcenties enuntiationes incipit.

10. Lib. XXXVIII, 17 init.: Cum hoc hoste, tam terribili *omnibus* regionis eius, quia bellum gerendum erat, cet.

Pro *omnibus* sententiae aptius foret vocabulum *hominibus*.

11. Lib. XXXIX, 14 extr.: Triumviris capitalibus mandatum est, ut vigilias disponerent per urbem, servarentque, ne qui nocturni coetus fierent; utque ab incendiis caveretur; adiutores triumviris quinqueviri uti cis Tiberim suae quisque regionis aedificiis praeessent.

Ante particulam *uti* aliquid excidisse suspicor, fortasse partic. *dati*.

12. Lib. XLV, c. 37 in M. Servilii oratione haec legimus: Ser. quidem Galba, si in L. Paullo accusando tirocinium ponere, et documentum eloquentiae dare voluit, non triumphum impedire debuit, quem, si nihil aliud, senatus iustum esse iudicaverat: sed postero die, quam triumphatum est, privatum *eum* visurus esset, nomen deferret, et legibus interrogaret; aut serius paullo, quum primum magistratus ipse cepisset, diem diceret, inimicum ad populum accusaret.

Pro *eum* legendum puto *quum*, ut concinna exoriatur oppositio cum his, quae in altero orationis membro sequuntur: *quum primum* cet.

XVI.

1. Quint. Inst. Or. II, 16, 11: *Verum* haec apud eos fortasse *quaerantur*, qui summam rhetorices ad persuadendi vim retulerunt.

Sententia necessario requirit: *Vere—querantur*. Pronomen autem *haec* quo referendum sit, in primis docent ea quae § 10 continuo praecedunt: Quare, etiamsi in utramque partem valent arma facundiae, non tamen est aequum id haberi malum, quo bene uti licet.

2. VI, 1, 12: Et quae conciliant *quidem accusatorem* in praeceptis exordii iam diximus.

Respicit ad IV, 1, 16 sq.: Iudicem conciliabimus nobis, cet. Haec ipsa vero docent l. l. legendum esse: Et q. conc. *iudicem accusatori*, quod et multa alia loca convincunt, vd. § 11: conciliare sibi—iudicem, IV, 1, 23: conciliandi nobis iudicis, 26: ad conciliandum nobis iudicem, 63: quos conciliare nobis studemus. Hinc 2: 24 *iudex* dicitur fieri *conciliatior*.

3. Ibid. 3, 60: Sunt quaedam veri similia: unde Vatinius *dixit* hoc dictum, quum reus, agente in eum Calvo, frontem candido sudario tergeret, idque ipsum accusator in invidiam vocaret, Quamvis reus sum, inquit, *et* panem candidum edo.

Initio corrigendum est *duxit*, quod verbum in talibus sexcenties apud eos qui de rhetorica scripserunt recurrit, v. c. Cic. de Inv. II, 9, 29: Et de natura licet aliquantum ducere suspicionis; Rhetor. ad Herenn. IV, 34: 46. — Deinde pro *et* propter praecedentem coniunctionem *quamvis* necessario legendum *at*.

XVII.

Legitur Cicer. de Inv. I, 19, 27: Fabula est, in qua nec verae nec veri similes res continentur, cuiusmodi est:

Angues ingentes alites, iuncti iugo —

Versum hunc Bothius inter Ennianae Medeae fragmen-

ta posuit, fr. 21 (Poet. Scen. Latin. fragm. p. 56). Qua in re hoc eum bene perspexisse arbitror, hic de Medeae curru sermonem esse, at minus recte versum tribuisse Ennio. Imo vero reddendus videtur Pacuvio. Nam primum Ennius, quantum ex reliquiis eius fabulae confici potest, satis accurate nobilem Euripidis tragoediam expressisse videtur: apud hunc vero nihil invenias de draconibus ante currum iunctis. Tum etiam Pacuvium Medeae fabulosam historiam tractasse, apparet ex fragmentis illius tragoediae quae Medeae exsulis aut Medi nomine laudantur et fortasse non ad unum sed duo dramata pertinent. Vid. Bothe l. l. p. 130 sq. In horum fragmentt. 13, laudato a Nonio v. *fulgere*, draconum diserte mentio fit:

Linguae bisulcae iactu crispo fulgĕre.

Imprimis autem ad versum supra laudatum Pacuvio vindicandum facit Cicero de Republ. in Orellii Cicer. Opp. edit. IX, 4: Nunc autem, si quis, illo *Pacuviano* invehens *alitum anguium* curru, multas et varias gentes et urbes despicere et oculis collustrare possit.

Ad Pacuvianae autem fabulae argumentum cognoscendum, i. p. conferendus est Hygin. Fabul. 26 et 27.

XVIII.

1. In Plautinis fragmentis, quae omisso fabulae nomine laudantur, vulgo fertur et illud:

Neque ego ad mensam publicas res clamo neque leges crepo.

Perperam: exstat enim Milit. A. III, sc. 1, vs. 57.

2. Laudatur tanquam ex Plauti Asinaria depromptus versus iste, vel potius versus particula.

hic aderit, credo, congerro meus,

quem frustra ibi hodie quaeras. Quod quidem minime mirandum, cum pertineat ad fabulam Persae nomine inscriptam, ubi A. I, sc. 3, vs. 9 legimus:

Iam pol ille hic aderit, credo, congerro meus.

Nisi fallor, errori ansam dederunt verba Nonii (Mercer. ed. Paris. 1573 p. 57[b]): *Gerrae* nugae, ineptiae, et sunt gerrae fascini, qui sic in Naxo insula Veneris ab incolis appellantur. Plautus Asinar. (III, 3: 10).

gerrae
Qui sese parere apparent huius legibus profecto (cet.)
Idem: Hie aderit credo congerro meus,

ut collusor meus, qui easdem exercet nugas.

Post vocem *Idem* nomen fabulae excidisse suspicor.

3. Tamquam ex Poenulo depromtum, ubi tamen hodie desideratur, istud circumfertur a Plauti editoribus fragmentum:

importuna avis venit vesperi,

quod a Charisio laudatum dicitur. Cuius librum cum inspicerem (Grammat. Latinae auctor. antiq. ed. H. Putschii MDCV p. 197) Institut. Gramm. Libr. II haec inveni:

Vesperi. Plautus in Poenulo:
Importuna *vis* venit vesperi.

Corruptela autem qua haec laborant, quamvis facillime tollenda, effecit quominus agnosceretur in fabula, prouti nunc habemus; quis vero admonitus dubitet, quin versus a Charisio laudatus idem sit atque iste Poen. prolog. vs. 114:

Is heri huc *in portum navi venit vesperi* — ?



THESES.

I.

In Sophoclis fragmento 445 apud Dind.

ἑωθινὸς γὰρ πρίν τιν᾽ αὐλητῶν ὁρᾶν
θαλλὸν χιμαίρᾳ προσφέρων νεοσπάδα κτέ.

analogia postulat αὐλιτῶν, sensus χιμαίραις.

II.

Ridiculus error librarii ludificatur eos, qui Sophoclis fragmenta collegerunt in verbis Grammatici Coisliniani apud Dind. fragm. 917. ὄγμος, ἡ κατὰ ϛίχον ἔφοδος τῶν θεριϛῶν. καὶ ὄγμοι ϛαχύων καὶ Σοφοκλῆς ὀϛιβογμεύς (?) φησιν. Respicitur locus Sophoclis in Philoctete 163.

ϛίβον ὀγμεύει τόνδε πέλας που.

III.

In fragmento ex Euripidis Danaë apud Stob. Floril. X. p. 127. apud Dind. in fragm. p. 89.

κρείσσων γὰρ οὔτις χρημάτων πέφυκ' ἀνὴρ
πλὴν εἴτις. ὅςτις δ' οὗτός ἐςιν οὐχ ὁρῶ.

recipienda est emendatio Porsoni: εἷς τις. deinde corrigendum: οὐκ ἐρῶ.

IV.

In Euripidis Ione vs. 616.

ὅσας σφαγὰς δὴ φαρμάκων θανασίμων
γυναῖκες εὗρον ἀνδράσιν διαφθοράς,

pro θανασίμων, quod metro adversatur, male correxit Pierson. in Verisimil. p. 11 θανατηφόρων. Legendum: θυμοφθόρων, cuius vocabuli interpretamentum θανασίμων in textum irrepsit.

V.

In Euripidis Hercule Furente vs. 1341 sqq.

ἐγὼ δὲ τοὺς θεοὺς οὔτε λέκτρ', ἃ μὴ θέμις
ςέργειν νομίζω δεσμά τ' ἐξάπτειν χεροῖν
οὔτ' ἠξίωσα πώποτ' οὔτε πείσομαι,
οὐδ' ἄλλον ἄλλου δεσπότην πεφυκέναι.

versus tertius spurius est. πείσομαι pro πεισθήσομαι poni apud veteres Graecos non potest.

VI.

In Euripidis fragmento 99 apud Dindorfium

τί τοῦτο δὴ τὸ χρηςόν; οὐκ ἀρκεῖ μίαν
ψυχὴν ἀπολύειν κἀπὶ τοῦδ' ἔχειν πόνους,

pro ἀπολύειν, quod sententiam et metrum corrumpit, reponendum est ἀλύειν.

VII.

Inepte librarii et editores ex una epistola Platonis duas fecerunt. Nam quae feruntur epistolae ad Dionis amicos et sodales septima et octava inter Platonicas sunt partes unius et eiusdem epistolae.

VIII.

Fallitur Wyttenbachius ad locum incerti scriptoris *de educatione puerorum*, qui inter libros Plutarcheos edi solet, p. 5: *καὶ τό γε παράγγελμα τοῦ Διογένους ἔμαθον ἄν, ὃς φορτικῶς μὲν τοῖς ῥήμασιν ἀληθῶς δὲ τοῖς πράγμασιν παραινεῖ καί φησιν· εἴσελθε εἰς πορνεῖόν που ἵνα μάθῃς ὅτι τῶν ἀναξίων τὰ τίμια οὐδὲν διαφέρει*, haec annotans: *videtur praeceptum a quodam auctore diserte traditum ac per εὐθυρρημοσύνην gravitate oratoria involvere voluisse itaque perspicuitati obfuisse.* Pro *ἀναξίων* scribendum est *ἀξίων*. Librarii quum nescirent quid *ἄξιον* in ea re significaret locum correxerunt scilicet.

IX.

Ibid. p. 5 F. *εἴ τις ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ φρονεῖ μαθέτω γνώμης διαμαρτάνων* scribendum: *(μέγα) φρονεῖ*.

X.

Pessime editores depravarunt locum Plutarchi in Symposiacis I. 3. p. 619 F. *οὐ γὰρ μόνον ὠδῖνα τίκτει κυ[βευτῇ] σοφῷ κατὰ τὸ [λεγόμενον πᾶς βόλος] ἀλλὰ καὶ κτέ.* quid scripserit Plutarchus ex Aeschyli Supplicibus vs. 770 apparet, unde restituendum: *οὐ γὰρ μόνον ὠδῖνα τίκτει*

[νὺξ] κυ[βερνήτῃ] σοφῷ κατὰ τὸ[ν Αἰσχύλον] ἀλλὰ καὶ κτέ. Eodem loco Aeschyli utitur Plutarchus in libro: *non posse suaviter vivi secundum Epicurum* p. 1090 A.

XI.

Iu senario tragici poëtae, quem laudat Plutarchus *de audiendis poëtis* p. 20 D.

σκαιόν γε πλουτεῖν κἄλλο μηδὲν εἰδέναι,

corrigendum:

σκαιὸν τὸ πλουτεῖν.

XII.

Ibid. p. 21 C.

οὐδὲν κακίων πτωχὸς εἰ κακῶς φρονοῖ

reponendum: φρονεῖ.

XIII.

Ibid. p. 24 E.

εἰ δὲ θανεῖν θέμις ὧδε θανεῖν καλὸν
εἰς ἀρετὴν καταδυσαμένους βίον,

vera scriptura est: καταλυσαμένους. Forma aoristi δύσασθαι veteribus Graecis ignota erat.

XIV.

Ibid. p. 28 C.

μικρὸν φρονεῖν χρὴ τὸν κακῶς πεπραχότα,

Graecum est πεπραγότα.

XV.

In Plutarchi vita Ciceronis cap. V p. 863: *καί τούς γε τῷ βοᾶν μεγάλα χρωμένους ῥήτορας ἐπισκώπτων ἔλεγε δι' ἀσθένειαν ἐπὶ τὴν κραυγὴν ὥσπερ χωλοὺς ἐφ' ἵππον πηδᾶν*, verba *μεγάλα χρωμένους* corrupta sunt: corrigendum: *μεγαλαυχουμένους*.

XVI.

In Orphei qui circumfertur Hymno XV. 1.

Ζεῦ πολύτιμε, Ζεῦ ἄφθιτε, τήνδε τοι ἡμεῖς
μαρτυρίαν τιθέμεσθα λυτήριον

restituendum: *πολυτίμητε*.

XVII.

In Epigrammate, quod affert Pierson. in Verisimil. p. 148.

ὡς ἀγαθοῖς κεῖται βαιὴ λιβὰς, ἄνδρα δὲ φαῦλον
οὐδ' ἂν ὁ πᾶς νίψῃ νάμασιν Ὠκεανός.

restituendum: *ἀρκεῖ* pro *κεῖται* et *νίψαι*.

XVIII.

In Luciani libello *de morte Peregrini* cap. XI: *καί ὡς θεὸν αὐτὸν ἐκεῖνοι ἡγοῦντο καί νομοθέτῃ ἐχρῶντο καί προστάτην ἐπέγραφον· τὸν μέγαν γοῦν ἐκεῖνον ἔτι σέβουσι τὸν ἄνθρωπον τὸν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ ἀνασκολοπισθέντα*, pro *ἡγοῦντο* scribendum: *ᾐδοῦντο*, deinde: *προστάτην ἐπεγράφοντο. μετὰ γοῦν ἐκεῖνον ἔτι σέβουσι κτέ.*

XIX.

Ibid. cap. XII: ἐπεὶ δ' οὖν ἐδέδετο οἱ Χριστιανοὶ συμφορὰν ποιούμενοι τὸ πρᾶγμα πάντα ἐκίνουν ἐξαρπάσαι πειρώμενοι αὐτόν. Graeci solent in tali re dicere πάντα λίθον ἐκίνουν, quod reponendum.

XX:

Ibid. cap. XXXIII: ἔφη γὰρ βούλεσθαι χρυσῷ βίῳ χρυσῆν κορώνην ἐπιθέσθαι. Graecum est eo sensu κορωνίδα.

XXI.

In eiusdem *Fugitivis* cap. XXI: ἡ 'Αμαθία δὲ καὶ ἡ 'Αδικία ἐπιγελῶσιν ὁρῶσαι ἀνεξέργαστον ἡμῖν τὸ ἔργον καὶ ἀνήνυτον πόνον, corrigendum: ἐπεγγελῶσιν et τὸν πόνον.

XXII.

In eiusdem *Cronosolone* cap. XI: ἑώρων τοὺς μὲν ἄλλους παρασκευαζομένους ὅπως θύσωσι καὶ εὐωχήσωνται, barbarum est εὐωχήσωνται pro εὐωχηθῶσι; reponendum θύσουσι καὶ εὐωχήσονται.

XXIII.

Ferenda non est in Luciano aut quocumque scriptore qui Attice scribit forma Macedonica imperativi in -έτωσαν. Vitiose in *Cronosolone* cap. XVI editur φερέτωσαν, quum recte in capp. XIV et XV scribatur: γραφόντων, ἐχόντων, θυόντων, ἀποτρεχόντων, ἀπαιτούντων, διαλυόντων, alia.

XXIV.

Similiter in passivis ferri non potest forma qualis est *καέσθωσαν de morte Peregrini* cap. XXXI. Veteres, quos Lucianus imitatur, dicebant *καέσθων*.

XXV.

Quae fertur apud omnes in vulgari Grammatica Graeca forma tertiae personae dualis in *-έτων* et *-άτων* commenticia est et nusquam legitur.

XXVI.

In Luciani *Hermotimo* cap. LXIII: *οἶσθ' οὖν ὃ δράσεις*, reponendum est: *ὃ δρᾶσον.*



ERRATA:

p. 40,	l. 11,	pro	*quicumque*	lege	*quicumque*
» 40,	» 15,	»	expetunl	»	expetunt
» 47,	» 5,	»	agnosceretur	»	agnoscerentur

